DE
LVNA STELLIS LACTEO ORBE
ANIMARVM SEDIBVS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

PAULUS CAPELLE
HAMBURGENSIS

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS
MCMXVII

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit
Otto Kern.

Examen rigorosum habitum est a. d. VI idus Januarias anni h. s. XVII.

PARENTIBUS OPTIMIS

ET

UXORI CARISSIMAE

SACRUM.

„Alle diejenigen sind auch für dieses Leben tot, die kein anderes hoffen."

LORENZO DE MEDICI ap. Goethium
(Gespr. mit Eckermann 25. Febr. 1824)

Argumentum.

Praefatio.

Satis constat Graecos sibi cogitavisse beatorum sedes in terris et sub terra et in caelo. Extremis in Oceani angulis situm erat Elysium Homericum quo vivi remoti sunt cum dis affinitate coniuncti, ibidem collocatae sunt et Hesiodi beatorum insulae in quibus quartae aetatis heroes versantur; apud inferos autem siti erant Elysii campi quo perveniunt post mortem ii qui in terris bene iusteque vixerunt quam opinionem excultam et pervulgatam videmus mysteriis; philosophi denique imprimis prementes vetustas vulgi opiniones docuerunt animam post discessum a corpore ascendere ad caelum unde fiebant luna, stellae, lacteus orbis animarum sedes. Cuius opinionis quoniam nunquam continuo tractatam esse videam mihi proposui ut ab originibus evolvam in hoc opusculo imaginem perspicuam.

I.

De luna animarum sede.

Opinio est vetusta et apud multas gentes[1]) late pervulgata animas eorum qui bene iusteque vixerint post mortem subvolare in lunae superficiem ibique beatas vivere in aeternum. Quae opinio quam non aliena fuerit et Graecis recte quidem iam a multis viris doctissimis[2]) notatum esse haud ignoro, minime vero

[1]) Apud Indos cf. Kaushîtaki-Upanishad I 2 (*Sechzig Upanishads des Veda ed. Paulus Deussen* 1897 p. 24) *Und er (Citra) sprach: Alle die aus dieser Welt abscheiden, gehen [zunächst] sämtlich zum Monde.* Cf. Edvardum Lehmann ap. P. D. Chantépie de la Saussaye *Lehrbuch der Religionsgeschichte* II² 1897 p. 54; A. Hillebrandt *Vedische Mythologie* I p. 276, 394 ss.; Lucian Scherman *Materialien zur Geschichte der indischen Visionsliteratur*, Leipzig 1892 p. 28 adnot. 1; Albr. Weber *Indische Studien* I p. 395; O. Gruppe *Griechische Kulte und Mythen* I p. 670 adnot. 64; W. H. Roscher *Nachträge zur Selene* (Jahresbericht des Kgl. Gymnasiums zu Wurzen 1894/95 p. 6, 12, 32); apud alias gentes cf. Waitz *Anthropologie der Naturvölker* III p. 197: *Die Osagen glauben, dafs die Seelen der Toten sich auf dem Monde aufhalten*; J. G. Mueller *Geschichte der amerikanischen Urreligionen* p. 139, 223; L. Frobenius *Die Weltanschauung der Naturvölker*, Weimar 1898 (Beiträge zur Volks- und Völkerkunde VI p. 383); Bastian *Verbleibsorte der abgeschiedenen Seele* p. 66; Tylor *Anfänge der Kultur* II p. 69 ss. [vers. Germ.]; Bertholet *Die Gefilde der Seligen* p. 23 [Sammlung gemeinverständlicher Vorträge und Schriften aus dem Gebiete der Theologie und Religionswissenschaft 33]; Nathan Söderblom *La vie future d'après le Mazdéisme à la lumière des croyances parallèles dans les autres religions, étude d'eschatologie comparée* (Annales du Musée Guimet, bibliothèque d'études IX Paris 1901) p. 29; Albr. Dieterich *Mithrasliturgie*² p. 182 adnot. 1; Ettig *Acheruntica* p. 402 (Stud. Lips. XIII 2); Roscher *Selene* p. 91 adnot. 357.

[2]) Cf. Rohde *Psyche* II² p. 130, 131; *Griech. Roman*³ p. 288 adnot. 2; Roscher *Selene* p. 91, 120; Dieterich *Nekyia*² p. 24 alios.

quantum video subtilius quaesitum vel continuo tractatum est eius opinionis quaenam sint apud Graecos origo ac vestigia, atque hoc quidem arbitror longe gravissimum esse. Itaque agedum detegamus primum de luna animarum sede opinionis quae sit origo, dein autem eius vestigia persequamur continuo per saecula.

Iam consideremus primum vulgi opiniones. Perspicuum est vulgi de luna animarum domicilio cogitationes artissime cohaerere cum aliis plus minusve similibus superstitionibus quas omnino de luna sibi effinxit vulgi vis imaginandi atque annexis ad lunarem superficiem fabulis fabellisque. Quaeramus igitur oportet quidnam vulgus de lunae natura sibi cogitaverit.

Iam singularis ille lunae splendor nocte sideribus illustri tam longe lateque collucens ac claritas pura et magica ut omnino cuiusque animum ita praecipue simplices Graecorum animos natura ductos ad omnia quae sublimia et magnifica erant non modo admiratione laeta sed etiam metu quodam arcano imbuerunt. Inde nullum in veteribus carminibus lyricis reperias caeli sidus tantopere celebratum versibus praeclaris ac naturam re vera respirantibus sinceram quantopere lunam.[1]) Ad eius superficiem annectuntur fabulae fabellaeque permultae. Quibus in enumerandis pertractandisque id unum proposui ne quid aliud attingam nisi quod re vera e vulgi superstitione esse et quodam modo

---

[1]) Cf. Preller-Robert *Gr. Myth.* I[4] p. 443 adnot. 5 et 6; Roscher *Selene* p. 18 cap. 3. Facere non possum quin hic proferam nonnullos versus praeclarissimos, hymn. Hom. 32, 5 ss.:

στίλβει δέ τ' ἀλάμπετος ἀὴρ
χρυσέου ἀπὸ στεφάνου, ἀκτῖνες δ' ἐνδιάονται,
εὖτ' ἂν ἀπ' Ὠκεανοῖο λοεσσαμένη χρόα καλόν,
εἵματα ἑσσαμένη τηλαυγέα δῖα Σελήνη ...

Sapphūs divinae fragm. 3 Bergk[4]:

Ἄστερες μὲν ἀμφὶ κάλαν σελάνναν
αἶψ' ἀποκρύπτοισι φάεννον εἶδος
ὅπποτα πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ.

Cf. et. fragm. 7 Diehl (Suppl. lyric.[2]), alii poetae lunam vocaverunt *ἑσπέρας ὀφθαλμόν* cf. Pind. Ol. III 20, Aeschyl. Pers. 428 ed. Wilam. recentiorum cf. praeter Goethium praecipue Jean Paul *Sämtliche Werke* IV p. 32.

redolere visum est antiquitatem. Lunam videmus cogitatam esse tellurem miraculorum cuiusvis generis feracem.[1]) Vulgi e superstitionibus originem ducit quod Pythagoreorum nonnulli imprimis Philolaus docuisse feruntur lunae superficiem efferre herbas maiores et pulchriores quam in terris, atque in luna quae generarentur animalia quindecuplo maiora esse iis quae terra aleret cf. Aet. plac. II 30, 1 (Diels Dox. p. 361, *Vors.* I³ p. 306 Philolaus A 20)[2]) quibuscum conspirantem video Herodorum Heracleotam (ap. Athen. 57 F, FHG II p. 35 fragm. 28; cf. F. Jacoby ap. Pauly-Wissowa VIII 1 p. 980 ss.):

Herodorus Heracleota.	Philolaus.
τὰς γὰρ σεληνίτιδας γυναῖκας ᾠοτοκεῖν καὶ τοὺς ἐκεῖ γεννωμένους πεντεκαιδεκαπλασίονας ἡμῶν εἶναι ὡς Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ.	*τῶν Πυθαγορείων τινὲς μέν, ὧν ἐστι Φιλόλαος, γεώδη φαίνεσθαι τὴν σελήνην διὰ τὸ περιοικεῖσθαι τὴν σελήνην καθάπερ τὴν παρ' ἡμῖν γῆν ζῴοις καὶ φυτοῖς μείζοσι καὶ καλλίοσιν· εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλάσια τὰ ἐπ' αὐτῆς ζῷα τῇ δυνάμει μηδὲν περιττωματικὸν ἀποκρίνοντα, καὶ τὴν ἡμέραν τοσαύτην τῷ μήκει.*

Aristophanes in Platonis convivio 190 B narrat: iuxta duos sexus virilem ac muliebrem olim exstitisse duplicem quandam speciem masculo-femininam; hunc autem sexum tertium esse prognatum a luna: *ἦν δὲ διὰ ταῦτα τρία τὰ γένη καὶ τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν ἄρρεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ θῆλυ τῆς γῆς, τὸ δὲ ἀμφοτέρων μετέχον τῆς σελήνης, ὅτι καὶ ἡ*

---

[1]) In Orphicorum carminibus enarratum erat in luna esse montes oppida tecta cf. Procl. in Platon. Tim. 32 B [*Γ* 154 A II p. 48 Diehl] *τοῦτο μὲν οὖν καὶ ὁ θεόλογος* (Orphic. fragm. 81 Abel):

μήσατό τ' ἄλλην γαῖαν ἀπείριτον, ἥν τε σελήνην
ἀθάνατοι κλῄζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην,
ἣ πόλλ' οὔρε' ἔχει, πόλλ' ἄστεα, πολλὰ μέλεθρα.

Cf. Procl. in Plat. Tim. 40 *E* [*E* 292 B III p. 172 D.] *ἔστι γὰρ καὶ ἐν γῇ οὐρανὸς καὶ ἐν οὐρανῷ γῇ, καὶ ἐνταῦθα μὲν ὁ οὐρανὸς χθονίως, ἐκεῖ δὲ οὐρανίως ἡ γῆ (καὶ γὰρ οὐρανίαν* [[*καὶ*]] ⟨*γῆν*⟩ *τὴν σελήνην Ὀρφεὺς προσηγόρευσεν* [fragm. 81 Abel]), cf. Procl. in Plat. Tim. 40 B. C [*Δ* 283 B III p. 142 D.], Aet. plac. II 13, 15 (Dox. p. 343).

[2]) Cf. Zeller I⁵ p. 426.

σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει. In luna pariunt ova feminae cf. Herodorum Heracleot. l. l. quocum cohaerere videtur opinio e luna decidisse Helenae ovum cf. Neoclem Croton. ap. Athen. 57 F, FHG II p. 35 fragm. 28, Plutarch. quaest. conviv. II 3 p. 637 B qui ad „poetas" revocat cf. Eustath. 1686, 40; 1488, 10 (Mayer *Giganten und Titanen* p. 142 adnot. 203; Gruppe *Gr. Myth.* I p. 163 adnot. 7); atque adeo hominem quendam delapsum de luna Heraclides Ponticus videlicet in περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ dialogo (Diog. Laert. V 87) ex veteribus fabellis profert cf. Timaeum ap. Diog. Laert. VIII 72, FHG I p. 218 fragm. 98 v. Vossium *De Heraclidis Pontici vita et scriptis*, diss. phil. Rostoch. 1896 p. 61 fragm. 48: Ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων.[1]) Aristoteles cognita habuit quaedam animalia mira quae in lunae superficie alius ac nostrae conditionis vitam degunt (de gen. animal. III 11 p. 761 b 16; Zeller II 2[3] p. 553 adnot. 4). Unum ex his fuisse videtur leo Nemaeus quem iam Epimenides e luna decidisse narravit ap. Aelian. de natura animal. XII 7 p. 296, 25 Hercher, cf. Robertum apud O. Kern *De Orph. Epim. Pherecyd. theogon. quaest. critic.* Berol. 1888

---

[1]) Cf. Cic. epist. ad Quint. fratr. I 1, 2. 7 (ex Heraclidis Pontici περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ dialogo cf. R. Hirzel *Dialog* I p. 328 adnot. 1): *Graeci quidem sic te ita viventem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria aut etiam de caelo divinum hominem esse in provincia delapsum putent.* Cohaeret huic opinioni aliqua ratione etiam fabula viri cuiusdam lunatici qualem excultam offendimus apud nonnullas alias gentes cf. ap. Germanos praec. J. Grimm *D. M.* II[4] p. 597 ss.; E. L. Rochholz *Naturmythen* p. 233 ss., 244 ss.; Schell *Bergische Sagen* p. 54, 302, 521; J. B. Friedreich *Die Weltkörper in ihrer mythisch-symbolischen Bedeutung*, Würzburg 1864 p. 276 § 175; p. 277, 278 adnot. 1; ap. Graecos recentiores cf. Politem ap. Roscher. *Selene* p. 182 adnot. 32. Vix opus erit Kainii monere quem Danteus finxit in luna sedentem (Inferno XX 124 ss. ed. Brunetti):

Ma vienne omai, chè già tiene il confine
D' ambeduo gli emisperi e tocca l' onda
Scotto Sibilia, Caino e le spine.
E già iernotte fu la luna tonda;
Ben ti dee ricordar, che non ti nocque
Alcuna volta per la selva fonda.

fragm. 5, Diels *Vors.* II³ p. 189 Ep. B 2; cf. etiam nuperrime O. Kern *Hermes* LI 1916 p. 556 c. adnot. 1:

> *καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ Σελήνης ἠυκόμοιο,*
> *ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα·*
> *ἐν Νεμέαι ἄγχουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν Ἥραν*[1]
> *⟨θείη ἶς ἐδάμασσε βίης Ἡρακληείης⟩.*

Nemo est qui ex dictis neget lunam iam in vulgi opinione in numero relatam esse terrarum illarum miraculorum feracium quibus omnino redundant Graecorum fabulae.[2] Tales autem fabulosae regiones fuerunt imprimis beatorum prata et vix opus erit monere Hyperboreorum et Hesperidum horti. Quae cum ita sint vix quicquam obstat quin et lunam in vulgari opinione olim fuisse beatam tellurem ponamus in quam quibus immortalitas concessa sit deorum filii et dilecti removeantur.[3]

Iam quaestio vertit se ad philosophos, apud quos haec de luna animarum sede opinio videtur magis exculta et expolita esse. Philosophi enim Ionici qui vocantur unum esse dixerunt principium, ex quo omnia constarent, quod per naturam rerum penetraret et commearet. Inde etiam animam humanam quam pluris illi aestimaverunt ceteris rebus ex eadem materia qua caelum eiusque sidera posuerunt esse compositam. Sic Heraclitus ut exemplum afferam igneam esse siderum naturam affirmavit quam opinionem longe ante eum vulgo sparsam esse constat cf.

[1]) Cf. Plut. de fac. in orb. lunae 24 p. 937 F, schol. Apollon. Rhod. I 498; Diels *Vors.* I³ p. 392 Anax. A 77; Achill. Isag. 21 (p. 49, 4 Maass); Hirzel *Dialog* I p. 328 adnot. 1; Roscher *Selene* p. 7; Gruppe I p. 188 adnot. 12, 14.

[2]) Haec de lunae natura et animalibus fabulose enarrata a posterioribus magis magisque in immensum aucta sunt, ab Antonio dico Diogene qui Diniam fecit incredibilia re vera narrantem de luna cf. Ant. Diog. ap. Phot. cod. 116 p. 111 A, Erotici script. Gr. p. 510 et. in univ. Rohdium *Gr. Roman*³ p. 288 adnot. 2 quocirca Lucianus vero satis habuit quod omnes illas narratiunculas miras sale sagittisque amari cuiusdam leporis obrueret atque irrideret (Ver. Narrat. I 17 s. cf. Boll *Philolog.* NF XX 1907 p. 7 ss.).

[3]) Cf. id quod de Menelao dixit Homerus δ 563:

> *ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης*
> . . . .
> v. 569 *οὕνεκ' ἔχεις Ἑλένην καί σφιν γαμβρὸς Διός ἐσσι.*

Aet. plac. II 13, 1 (Diels Dox. p. 341, *Vors.* I^{3} p. 11 Thales A 17 a): *Θαλῆς γεώδη μέν, ἔμπυρα δὲ τὰ ἄστρα,* Thaletem etiam animam *scintillam stellaris essentiae* duxisse apud Macrobium legimus (in somn. Scip. 14, 19; Diels *Vors.* I^{3} p. 74 Heraclit. A 15). Quibus in sententiis iam proposita ac fundamenta data erant opinionis qua demonstratur ascendere animas post discessum a corpore ad caelum sideraque sui similia. Inter sidera autem caelestia luna obtinet locum singularem, etenim primum quidem splendore eminet miro in innumerabili siderum multitudine, dein vero, quoniam terrae proxima sit, maxime est idonea quae aliqua ratione coniungatur cum anima humana. Luna facta est defunctorum animarum sedes. Cuius opinionis pulchrae primi testes sunt ii qui Pythagoreorum disciplinam professi sunt, cf. Iamblich. vit. Pyth. c. 18 p. 59. 60 N., Diels *Vors.* I^{3} p. 358, 18 *τί ἐστιν αἱ μακάρων νῆσοι; ἥλιος καὶ σελήνη.* Statim opus quaeramus num vetustis ex testimoniis evincere possimus Iamblichum haec recte dixisse. In quo velim memineris eorum quae Pythagorei de lunae natura docuerunt: perlucidam esse cf. Aet. plac. II 25, 14, Dox. p. 357 *κατοπτροειδὲς σῶμα* cf. Zeller I^{5} p. 425 adnot. 1, vocatamque esse aetherem cf.:

Macrob. in somn. Scip. I 11, 6.	Simplic. in Aristot. de caelo 229 b, 1 Heiberg (Comm. in Aristot. Gr. VII p. 512).	Procl. in Plat. Tim. 32 B [*Γ* 154 A II p. 48 Diehl].
Denique illam aetheriam terram (physici) vocaverunt.	*ἀντίχθονα δὲ τὴν σελήνην ἐκάλουν οἱ Πυθαγόρειοι, ὥσπερ καὶ „αἰθερίαν γῆν“.*	*γῆ μὲν γὰρ αἰθερία ἡ σελήνη* cf. Lobeck *Agl.* I p. 499 ss., Zeller I^{5} p. 425 ss.

Quae omnia ex eodem fonte emanasse[1]) nihil moraberis profiteri; item vero confirmatur Bitschii sententia *De Platonicorum quaestionibus quibusdam Vergilianis* diss. Berolin. 1911 p. 6:

[1]) Idem docuerunt Orphici cf. Procl. in Plat. Tim. 40 *E* [*E* 292 B III p. 172 D.], Procl. l. l. 40 B C [*Δ* 283 B III p. 142 D.], Aet. plac. II 13, 15 (Dox. p. 343), Plutarch. de def. oracul. 13 (*ὀλυμπίαν γῆν*). Porphyrius hanc opinionem revocat ad Aegyptios cf. Procl. l. l. 23 *E* [A 45 I p. 147 D.]: *ὁ δέ γε φιλόσοφος Πορφύριος ταῦτα ἐξηγούμενος τὸν μὲν Ἥφαιστον ⟨τὸν⟩ τεχνικὸν ὑποτίθεται νοῦν, γῆν δὲ τὴν σεληνιακὴν*

Hodie scimus Macrobii et Favonii Eulogii in Ciceronis somnium Scipionis commentarios nihil fere continere nisi ea quae Platonici ad Platonis Timaeum adnotaverunt.[1]) Et Procli et Simplicii inde fons fuit Platonici cuiusdam ad Platonis Timaeum commentarius, fortasse ut opinor Posidonii (v. infr. p. 17). Sed redeat unde deflexit oratio. Scimus Pythagoreos omnino aetherem posuisse animum per rerum naturam intentum et commeantem, ex eo et animos delibatos nos habere cf. Alex. Polyhist. ap. Diog. Laert. VIII 28 *εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος,* cf. Cic. Cato m. 21, 78; Zeller I[5] p. 450 ss. Post mortem autem animae in aere dicuntur circumvolare cf. Zeller l. l. p. 452. Aristoteles dixit Pythagoreos duxisse animas solares pulvisculos ubique in aere volitantes (de anim. A 2 p. 404 a 16, Diels *Vors.* I[3] p. 357, Zeller l. l. p. 450).[2]) Quo perveniunt animae cum ascendunt ad sui simile? In Chalcidii ad Platonis Timaeum commentario qui nos revocat ad Posidonii in Timaeum commentarium cf. B. W. Switalski *Des Chalkidius Kommentar zu Plato's Timaeus* [Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters III 6 1902 p. 113] legis Pythagoreos docuisse defunctorum animas in luna versari tuentes inde res humanas (p. 241 Wrobel) *iuxta Pythagoram quidem, quod ita ut in terra, sic etiam in lunari globo consistant homines et etiam in ceteris errantibus stellis, iuxta se vero, quod in aliis libris idem adserit, alterna vice fungi munere animas, quibus rerum terrenarum tutela mandatur, ita ut, quae iam iamque fungentur munere, primae serantur in terra, quae post has, in lunari globo, ac deinceps in aliis globis consequenter.* Iam inspiciamus singula. Defunctorum animas in terra circumvolitantes custodire res humanas iam vetusta est opinio, quam apud Graecos primum statuimus apud Hesiodum. Dicit enim poeta in Operibus et

---

σφαῖραν· ταύτην γὰρ αἰθερίαν γῆν καλεῖσθαι παρ' Αἰγυπτίοις Lobeck *Agl.* I p. 500.

[1]) Cf. etiam H. Linke *Über Macrobius' Commentar zu Ciceros Somnium Scipionis* (Philologische Abhandlungen für M. Hertz 1888 p. 241).

[2]) Haec cum similibus Indorum opinionibus conspirant cf. Çatapatha-Brâhmaṇa 1, 9. 3. 3. 10, cf. Leop. de Schroeder *Pythagoras und die Inder,* Leipzig 1884 p. 29 c. adnot. 3.

Diebus v. 122 ss. aureae aetatis homines post mortem secundum Iovis consilium daemones factos in terra esse hominum custodes (Rohde *Ps.* I² p. 95 ss.):

> *τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς*
> *ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,*
> *[οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα*
> *ἠέρα ἑσσάμενοι πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν].*

tempus igitur nil obstat ne iam docuerint simile aliquid Pythagorei. Tria daemonum genera distinguit Chalcidius. Primi sunt ii qui postquam iam iamque functi sunt munere i. e. custodes fuerunt rerum terrenarum, traducuntur in terras, alteri ii qui post hos functi sunt munere, perveniunt in lunarem globum, tertii autem denique ii qui in alios globos dissipantur. Eadem genera et Plato agnoscit. Cuius in Timaeo enim (41 D.) opifex rerum defunctorum animarum post varias migrationes alias dispergit in terram, alias in lunam, alias *εἰς τ' ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου.* Manifesta est locorum similitudo. Hodie satis constat Timaei dialogi mythos praecipue eos in quibus sermo est de mundo aedificando animaque creanda, plus minusve Pythagoreorum astrologiae premere vestigia (cf. Joa. ab. Arnim *Plato's Jugenddialoge* 1914 p. 162 s.). Platonem et in hoc Timaei loco (41 D.) Pythagoreorum sententias esse secutum elucet e comparatione cum Chalcidio. In uno quidem inter se discrepant quod in Timaeo opifex rerum animis lunares attribuit sedes, apud Chalcidium autem animae ipsae perveniunt in lunarem globum. At hoc nihil ad rem, id unum puto nos habere certum Platonem quosdam cognovisse Pythagoreos qui docuerint defunctorum animas ut daemones in luna versari.[1] Ad eundem finem perducimur alteram Pythagoreorum de luna sententiam nobis traditam iam considerantes. Ex Ps.-Philolai *περὶ ψυχῆς* libello leguntur:

---

[1]) Cf. Plutarchum qui in Timarchi mytho Pythagoreorum vestigia premit (v. infra p. 28 ss.) de gen. Socr. c. 22 p. 591 c: *αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι νῆσοι θεοὺς ἔχουσι· σελήνη δὲ δαιμόνων ἐπιχθονίων οὖσα.*

Macrobius in somnium Scip. I 11, 6.

Et immutabilem quidem mundi partem a sphaera quae *ἀπλανής* dicitur, usque ad globi lunaris exordium, mutabilem vero a luna ad terras usque dixerunt (sc. Platonici).

ap. Stob. eclog. phys. I 20, 2 p. 172, 9 Wachsm. (Diels *Vors.* I[3] p. 319 Philol. fragm. dub. 21).

Καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς μέχρι σελήνας περαιοῦται, τὸ δὲ μεταβάλλον ἀπὸ τᾶς σελήνας μέχρι τᾶς γᾶς Zeller I[5] p. 371 adnot. 3, p. 416 adnot. 3.[1])

Paene ad verbum conspirantia vides cum Ps.-Philolao Macrobii verba; inde necessario sequitur *περὶ ψυχῆς* libelli auctorem et Macrobium ex eodem fonte hausisse. Quoniam vero hodie haud ignoremus (Bitsch. l. l. p. 6) Macrobii in somnium Scipionis commentarios nihil fere continere nisi ea quae in Platonicorum (fortasse Posidonii) quorundam ad Timaeum commentariis legenda erant, etiam *περὶ ψυχῆς* auctorem eiusdem fontis memoriam repetivisse licet ponamus. At unde omnino commentariorum auctoribus manavit talis sapientia? Cogites primum de Aristotele quem constat docuisse mundi universitatem divisam esse in duas partes, aetheriam i. e. aeternam quae ab inerrantium stellarum caelo deorsum pertineret usque ad lunae superficiem, terrenam i. e. caducam, quae inciperet a lunari globo deorsum cf. Meteorolog. A 3 p. 340 a ss., 342 a; Aet. plac. II 4, 11 (Dox. p. 332) Zeller II 2[3] p. 434. Concedo quidem apud libri *περὶ ψυχῆς* auctorem vocabula quidem sapere Aristotelem, *ἀμετάβλητος* Metaphys. *Δ* 4 p. 1014 b 28; *Δ* 12 p. 1019 a 27; *μεταβάλλον* Phys. c. 4 p. 234 b 10; c. 5 p. 236 a 14; c. 6 p. 237 b 3 al., sed primum ex eo quod apud Ps.-Philolaum sermo est de mundi anima quae circumfundat omnia (*τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς*), dein e ratione qua mundi pars supra lunam sita comparetur mutabili parti colligendum est nos hoc loco vestigia Pythagoreorum premere cf. Zeller. I[5] p. 371 adnot. 3. Ps.-Philolai igitur statuimus fontem eundem ex quo Macrobium hausisse Bitschium (l. l. p. 6) sequentes iam supra demonstravimus, Platonici cuiusdam in Platonis Timaeum commentarium in quo undique pertractatae erant Pythagoreorum sententiae (v. et. infra

---

[1]) Cf. Philol. ap. Aet. plac. II 7, 7 (Diels Dox. p. 336, *Vors.* I[3] p. 306 Philol. A 16 ex Theophrasto).

p. 17). Accedit quod similes de luna opiniones ante Aristotelem iam Empedocles ex Ionicorum philosophorum astrologia protulit; docuit enim hic totam quidem regionem sub luna sitam plenam cuiusvis iniuriae, loca autem supra lunarem globum sita quoniam haec multo puriora essent illis, vacua esse iniuriis; cf. Hippolyt. I 4, 3 (Diels Dox. p. 559, *Vors.* I³ p. 210): *ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἔφη κακῶν μεστὸν εἶναι καὶ μέχρι μὲν σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου ταθέντα, περαιτέρω δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου*[1]) *τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος τόπου· οὕτω καὶ τῶι Ἡρακλείτωι ἔδοξεν* (?).

Pythagoreos igitur vidimus lunam ducere confinium rerum caelestium et terrenarum; unde nova lux affulget nostrae sententiae, qua demonstratur lunam esse animarum sedem. Etenim si luna cogitata est confinium mundi caelestis et terreni, eadem tamquam caeli porta fuit qua animae penetrant ad superiora.

Ut in Pythagoreorum de luna sententiis perlustrandis ad finem perveniamus, satis puto comprobatum inter eos fuisse qui re vera lunam habuerint animarum sedem vel certe eam posuerint esse ianuam qua intrent animae in caelum. Eosdem lunam ut Iamblichus tradit significasse beatorum insulam verisimillimum duco; nam opiniones beatorum insularum quales excultas vidimus apud Homerum (*δ* 561 ss.) et in Hesiodi carminibus (Op. et. D. 165 ss.) iam tum late pervulgatae erant atque — id quod non multo minoris est momenti — luna ut cuiusvis oculo etiam Pythagoreis visa est deserta insula in immenso caelesti oceano cf. L. de Schroeder *Arische Religion* II p. 670. Accuratiora de his Pythagoreorum opinionibus infra ex Plutarcho me spero capturum. Priusquam autem hoc aggrediamur, opus pertractemus Posidonii de luna animarum sententiam. Posidonius enim qui in eo quod de animae origine docet multa a Platone dicta rettulit,[2]) haec fere docuit: anima quia est principium movendi

---

[1]) Posteriorum etiam Dinias ap. Ant. Diog. (Phot. cod. 116 p. 111 a) lunam vocavit *καθαρωτάτην* cf. Schmid *Attizismus* III p. 132.

[2]) Cf. Galen. de plac. Hippocr. et Plat. IV p. 396 M cf. Zeller III 1⁴ p. 599 adnot. 2; Bonhoeffer *Die Ethik des Stoikers Epiktet* p. 168 ac saep.; Fr. Cumont *Astrology and Religion among the Greeks and Romans,* New-York 1912 p. 172.

ac causa, immortalis est neque orta est una cum corpore sed prius quam sunt nata corporea viguit cf. Schmekel *Die Philosophie der mittleren Stoa* p. 249 ss. et Barth *Stoa*² p. 93 ss. Tum accidit ut anima propter gravem aliquam culpam in hanc vitam terrestrem detrusa immigraret in corpus. Si vero anima permansit incorrupta suique similis, post discessum a corpore subvolat ad regionem sub luna sitam ubi omnes animae *δαίμονες* appellatae terrae exhalationibus sustentantur cf. Sext. Emp. adv. mathem. IX 75 [II p. 231 Mutschm.] *ἔκσκηνοι γοῦν ἡλίου* [*ἐνίαι* Hirzelius *Untersuchungen zu Ciceros philosophischen Schriften* II p. 144 adnot.] *γενόμεναι τὸν ὑπὸ σελήνην οἰκοῦσι τόπον, ἐνθάδε τε διὰ τὴν εἰλικρίνειαν τοῦ ἀέρος πλείονα πρὸς διαμονὴν λαμβάνουσι χρόνον, τροφῇ τε χρῶνται οἰκείᾳ τῇ ἀπὸ γῆς ἀναθυμιάσει ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα*[1]) cf. etiam Varronem ap. Augustin. de civ. dei VII 6 [Antiquit. rer. div. libr. XVI p. 199 Agahd, Schmekel l. l. p. 125 fragm. 27 b] *inter lunae vero gyrum et nimborum ac ventorum cacumina aerias esse animas, sed eas animo, non oculis videri et vocari heroas et lares et genios* cf. Lucan. IX 6:

> *Quodque patet terras inter lunaeque meatus,*
> *semidei manes habitant.*

Vide quoque Servium ad Verg. Aen. V 735 *secundum theologos circa lunarem circulum (sc. Elysium)* ubi theologos iam recte interpretatus est Bitschius (l. l. p. 68): „Servius dicit 'secundum theologos' doctrinam affert Posidonianam“ cf. Norden *Verg. Aen. VI*² p. 23. Tertullian. de anim. c. 54 [I p. 387 Reifferscheid-Wissowa] *sublimantur animae sapientes . . . apud Stoicos (i. e. Posidonium) sub lunam*[2]) Fragm. Stoic. vet. II p. 224 ed. Arnim.

[1]) Sextum Empiricum hoc loco mere referre Posidoniana comprobavit P. Corssen *De Posidonio Rhodio M. T. Ciceronis in libris I Tuscul. disp. et in somnio Scipionis auctore*, diss. phil. Bonn. 1878 p. 45 ss.

[2]) Cf. Iamblich. ap. Stob. eclog. I 49, 39 [I p. 378 Wachsm.]: *τοὺς δὲ περὶ σελήνην ἢ ἐν τῷ ὑπὸ σελήνην* (sc. *κατιέναι τὰς ψυχάς*); Comm. Lucan. IX 9 [p. 291 Us.]: *propter quod et hic patientis aetheris imi fecit, hoc est in hunc aerem imum venire et corpus regere ac deinde in suam sedem remeare, hoc est in solis globum ac lunae.* Huc spectant Lactantii verba (divin. institut. VII 20 [I p. 649 Brandt] Fragm. Stoic. vet. II p. 224 Arnim): *animas quidem hominum permanere*

Postea autem anima ubi superavit lunarem regionem ad sui simile penetrat ibique alitur iisdem rebus quibus astra sustentantur cf. Cic. Tusc. I 19, 43; Corssen l. l. p. 45 ss., Gerhaeusser *Der Protreptikus des Poseidonius,* diss. inaug. Heidelb. 1912 p. 56 ss.[1]) Hic dilucide expressam habemus Pythagoreorum doctrinam de luna caeli ianua[2]) neque dubium esse potest quin Posidonius eam hauserit e Pythagoreis. Posidonii vero doctrinae quae longe lateque fluxit, vestigia reperimus praecipue apud Plutarchum. Cuius mythum[3]) clarissimum qui est in extremo de facie in orbe lunae dialogo (c. 28 s. p. 943 ss.) liceat hic fusius pertractare:

c. 28: Terra praebet corpus, animam luna, sol mentem; prima mors disiungit mentem et animam a corpore, altera mentem ab anima. Quaeque vero anima ubi exiit e corpore vagatur fati lege aenea in locis iis quae interiacent terram et lunarem globum; piae ibi certum degunt tempus in tenuissimo aere in pratis quae Ditis vocantur[4]) donec lustratae sunt maculis.

---

nec interventu mortis in nihilum resolvi; sed eorum, qui iusti fuerunt, puras et impatibiles et beatas ad sedem coelestem, unde illis origo sit, remeare, vel in campos quosdam fortunatos rapi, ubi fruantur miris voluptatibus. Campos fortunatos esse lunae superficiem recte statuit Zeller III 1³ p. 202 adnot. 1. Et in doctrinis quas sub nomine Hermae Trismegisti passim reperis sparsas similia habes cf. Asclep. 66, 7, vide J. Kroll *Die Lehren d. Hermes Trismeg.* p. 310 [Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters XII 2—4 1914].

[1]) Quaestio enascitur quo in opere Posidonius animae immortalitatem pertractaverit. Facile puto intellegi posse hic cogitandum de eo opere — id quod iam Corssen l. l. p. 39 dixit — in quo omnino de anima Posidonius fusius locutus est, περὶ ψυχῆς libellum dico cuius mentionem facit Eustath. in Iliad. M 386 p. 910, 30; „προτρεπτικόν" mavolunt Gerhaeusser l. l. et Norden *Agnostos Theos* 1913 p. 105.

[2]) Eandem opinionem habes apud Indos cf. Kaushîtaki-Upanishad I 2 (*60 Upanishad's des Veda ed. P. Deussen* 1897 p. 24 cf. adnot. ad Chândogya-Upanishad V 3 p. 137 Deuss.) et Edvardum Lehmann ap. Chantépie de la Saussaye *Lehrbuch der Religionsgeschichte* II² p. 54; Eisler *Weltenmantel und Himmelszelt* II p. 442 adnot. 6.

[3]) De mytho cf. in univ. Zeller III 2⁴ p. 200 adnot. 1; Bousset *Die Himmelsreise der Seele* (Archiv für Religionswissenschaft IV 2 p. 251 ss.); K. Gronau *Poseidonios und die jüdisch-christliche Genesisexegese* 1914 p. 267 ss.

[4]) λειμῶνες Ἅιδου originem ducunt ex Orphicis cf. Diels *Vors.* II³ p. 117 fragm. 20, 11 (ex supplicationibus a mystis ad inferorum

Dein cum veluti ab exsilio redierunt in patriam gaudiorum ac voluptatum participes fiunt. Multas autem quae eam petunt luna rursum detrudit, aliae cum amore exarserint rerum terrenarum denuo deferuntur in profundum, aliae in lunari circulo corroboratae solidae fiunt ac perlucidae (*ἀκτῖνι τὴν ὄψιν ἐοικυῖαι*)[1] ut sustentari possint terrae exhalationibus (*ὥσθ' ὑπὸ τῆς τυχούσης ἀναθυμιάσεως τρέφεσθαι*).

c. 29 p. 943 E ss.: Ibi agnoscunt singularem lunae naturam. Luna enim multo maior quam docent astrologi mixtura est stellae ac terrae (*οἷον ἄστρον σύγκραμα καὶ γῆς*). Pervolat terrae umbram quam celerrime quia animae eam incolentes in tenebris non iam percipiunt caeli concentum (*οὐκέτι γὰρ ἐξακούουσιν ἐν τῇ σκιᾷ γενόμεναι τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν ἁρμονίας*); eae autem animae quae in his tenebris luant poenas, proterrentur facie lunae tristi. Quo loco Plutarchus captat occasionem explicandi quidnam re vera sit lunae facies. Pergit enim: id quod nos significamus lunae faciem re vera sunt cavernae in eius superficie sitae. Quarum in maxima quae est Hecates iudicia fiunt de daemonibus i. e. animis lunaribus; per duas autem alias transmittuntur animae et in partes lunares terrae obversas et in lunae regiones quae ad caelum spectant et appellantur Elysius campus (*ὀνομάζεται δὲ τὰ μὲν πρὸς οὐρανὸν τῆς σελήνης Ἠλύσιον πεδίον, τὰ δ' ἐνταῦθα Φερσεφόνης ἀντίχθονος*).[2]

---

regem reginamque factis): *λειμῶνάς τ(ε) ἱεροὺς κατά τ' ἄλσεα Φερσεφονείας* cf. Proclum in Plat. remp. II p. 340 Kroll, fragm. 154 Abel: *ἐν καλῷ λειμῶνι βαθύρροον ἀμφ' Ἀχέροντα.* In Vergilii necyia quae Posidoniana repetit (Norden *Verg. Aen. VI*² p. 23 ss.) sedes ubi animae reditum parant in lucem, appellatur „aeris campi“, Plutarchus amat. cap. 20 p. 766 B cognovit etiam *Σελήνης καὶ Ἀφροδίτης λειμῶνας* quod idem ad Orphicos nos revocat cf. Roscher *Selene* p. 83 adnot. 326; „Animarum prata“ reperis etiam apud Germanos cf. Mannhardt *Germ. Mythen* p. 444 ss.

[1]) Cf. ea quae de beatorum specie in Petri apocalypsi legenda sunt (Petr. apocal. ed. E. Klostermann², Apocrypha I Bonn 1908 [*Kleine Texte für Vorlesungen und Übungen ed. Joa. Lietzmann*³]) v. 7: *ἐξήρ[χ]ετο γὰρ ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτῶν ἀκτὶν ὡς ἡλίου* v. infr. p. 34 adn. 2.

[2]) Cf. Porphyr. ap. Stob. eclog. phys. I 49, 61 [p. 448 Wachsm.]: *πάλιν αἰνιττόμενος, ὅτι ταῖς τῶν εὐσεβῶς βεβιωκότων ψυχαῖς μετὰ τὴν τελευτὴν οἰκεῖός ἐστι τόπος ὁ περὶ τὴν σελήνην, . . . Ἠλύσιον μὲν*

c. 30 p. 944 D s.: Daemones autem non semper in lunari superficie versantur sed descendunt in terram ut praestent oraculis mysteriis adsint homines adiuvent. In quo si vero indulgent cupiditatibus poenas luunt ac rursus intrant in terrena corpora; nonnullae quia mens (*νοῦς*) solem appetens ab anima seiungitur in terris vim perdunt. Anima autem in luna re vera *εἴδωλον* appellatur atque aut tota a luna absumitur aut novam petit terrenam vitam.

De huius mythi fontibus hodie doctorum virorum sententiae sunt diversae.[1]) Nosmet ut ad certum perveniamus exitum inspiciamus iam mythi singula. Statim liquet multa in mytho esse quae inter se discrepant. Nego autem recte iudicavisse R. Heinzium (*Xenocrat.* p. 125) dicentem haec inter se discrepantia non Plutarcho sed ei qui compilaverit eius libellum, esse asscribenda; immo vero Plutarchus ipse quoniam duobus ut infra fusius demonstrabitur usus sit fontibus, locutus est repugnantia. Iam consideremus singula. Ad ea quae iam Heinzius (l. l. p. 125) contulit addam perpauca, c. 28 p. 943 D legis: corroboratas in lunae superficie animas gaudio perfundi quia mens vicerit cupiditates,

---

πεδίον εἰκότως προσειπὼν τὴν τῆς σελήνης ἐπιφάνειαν ὑπὸ ἡλίου καταλαμπομένην „ὅτ' ἀέξεται ἁλίου αὐγαῖς" ὥς φησι Τιμόθεος (P. L. Gr. III[4] p. 620 fragm. 3; Wilamowitz *Timotheos' Perser* p. 114 fragm. 29); cf. Serv. ad Aen. VI 640: *campi Elysii aut apud inferos sunt, aut in insulis fortunatis, aut in lunari circulo*, Serv. ad Aen. VI 887: *locutus autem est secundum eos, qui putant Elysium lunarem esse circulum*; v. Fr. Cumont *Die orientalischen Religionen im römischen Heidentum* 1910 p. 295 adnot. 65.

[1]) Plutarchum e Posidonio hausisse solo statuerunt C. Praechter *Hierokles der Stoiker* p. 109, M. Adler *Quibus ex fontibus Plutarchus libellum de facie in orbe lunae hauserit*, diss. phil. Vindobon. vol. X 1910 p. 84 ss.; Norden *Vergil. Aen. VI*[2] p. 25 s., F. Cumont *la théologie solaire du paganisme Romain* (Mémoires présentés par divers savants à l'académie des inscriptions et belles-lettres de l'institut de la France Tom. XII 2 1903) p. 464 adnot. 3; alii putant quasdam mythi partes originem ducere e Xenocrate cf. R. Heinze *Xenocrates* p. 138 ss.; Pohlenz *Vom Zorne Gottes* p. 134 adnot. (Forschungen zur Religion und Literatur des alten und neuen Testaments edd. Bousset et Gunkel XII 1909), quod rursus in dubium vocat K. Gronau (*Poseidonios und die jüdisch-christliche Genesisexegese* p. 266 adnot. 1) qui ipse ponit Plutarchum Posidonii doctrinas iam commutatas recepisse.

cap. 29 p. 944 C in Hecates caverna iudicia fiunt de daemonibus i. e. lunaribus animis. Quibus de causis hoc fiat nullo verbo stringitur. Inferius quidem (c. 30 p. 944 D) narratur daemones cuiusvis generis cupiditatibus indulgere poenasque luere. At de hoc novo iudicio nil legendum est in cap. 28. Accedit quod cap. 28 animae iam ad summam penetraverunt immortalitatem, cap. 29 autem lunae animis conceditur ut lunae in superficie ad solem versa immortalitate demum fruantur. Quae sic inter se repugnant ut ex uno fonte emanasse negem, complures potius statuamus fontes opus est. Non est dubium quin c. 28 a Posidonio de animarum post mortem statu docta mere sint repetita; cap. 28 (in extremo) velim compares cum Sext. Emp. adv. mathem. IX 75 [II p. 231 Mutschm.] v. supra p. 11; cap. 29 de stellarum ac praecipue lunae natura sententiae breviter perstringuntur Platonis et Xenocratis (Heinze *Xenocrat.* p. 180 fragm. 56; p. 124, 138 ss.). Restat igitur ut quaeramus quo ex fonte Plutarchus hauserit cap. 29 et 30. Iam variae figurae ac verba sapiunt Orphicorum et Pythagoreorum sententias: *Ἑκάτης μυχός* cap. 29 p. 944 C memoriam renovat Pherecydis *μυχῶν* (ap. Porphyr. de antr. nymph. 30 cf. O. Kern *De Orph. Epim. Pherecyd. theogon. quaest. critic.* Berolin. 1888, Diels *Vors.* II^3 p. 204 B 16); *ἀντίχθων* cap. 29 p. 944 C originem ducit e Pythagoreis cf. Aristotelem de caelo B 13 p. 293 a 18, 293 b 14; Diels *Vors.* I^3 p. 355 fragm. 36, Zeller I^5 p. 414 quin etiam Pythagorei lunam ut Simplicius dicit *ἀντίχθονα* feruntur appellavisse (Simplic. in Aristot. de caelo 229 b 1 ed. Heiberg [Comm. in Aristot. Gr. vol. VII p. 512]): *ἀντίχθονα δὲ τὴν σελήνην ἐκάλουν οἱ Πυθαγόρειοι* . . . Caeli autem concentum qualem excultum esse constat a Pythagoreis, breviter attingit Plutarchus c. 29 p. 944 A: *οὐκέτι γὰρ ἐξακούουσιν ἐν τῇ σκιᾷ* (sc. *σελήνης*) *γενόμεναι* (sc. *ψυχαὶ*) *τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν ἁρμονίας*; dein legis c. 30 p. 944 D daemones i. e. lunares animas tueri homines quam doctrinam ut Pythagoreorum supra (p. 8) eruimus cf. Chalcid. p. 241 Wrobel. Praeterea Plutarchus c. 29 p. 944 C lunae partem ad terram versam *Φερσεφόνης* esse *ἀντίχθονα* significat. Quod spectat ad illam Hecates cum Proserpina confusionem sane vetustam quam reperis iam in hymnis Homericis (in Cererem V, Norden *Verg. Aen. VI*^{2} p. 23), v. Ennium vel potius Epicharmum, quem

constat professum Pythagoreorum disciplinam, ap. Varron. de ling. Lat. V 68 (Enn. poes. fragm. p. 222 fragm. 8 Vahlen[2], Diels *Vors.* I[3] p. 128 Epich. fragm. 54) *hinc Epicharmus Enni Proserpinam quoque* [*sc. lunam*] *appellat quod solet esse sub terris* cf. Zeller I[5] p. 497 adnot. 5; Roscher *Selene* p. 48.[1]) Ad Orphicos spectat id quod Plutarchus de daemonibus i. e. de animis lunaribus dicit: eas non semper versari in luna sed descendere in terram ut adsint oraculis et mysteriis (c. 30 p. 944 D). Quae omnia abunde putem iam sufficere ut evincam Plutarchum in cap. 29 et 30 Pythagoreorum atque Orphicorum rettulisse doctrinas; sed ne tenuissimus quoque scrupulus haereat, addam alia. Animae lunares perveniunt per alteram cavernam in lunae regiones quae ad caelum spectant; eas regiones Plutarchus *Ἠλύσιον πεδίον* appellat (c. 29 p. 944 C). Ex supra dictis (p. 10 s.) scimus iam Empedoclem iisdem regionibus asscripsisse singularem puritatem. Alio loco Plutarchus eandem sententiam stringit cf. quaest. Rom. c. 76: *Διὰ τί τὰς ἐν τοῖς ὑποδήμασι σεληνίδας οἱ διαφέρειν δοκοῦντες εὐγενείᾳ φοροῦσιν; πότερον ὡς Κάστωρ φησι* (fragm. 25 Mueller in edit. Herodot. Dind. Paris 1877) *σύμβολόν ἐστι τοῦτο τῆς λεγομένης οἰκήσεως ἐπὶ τῆς σελήνης καὶ ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν αὖθις αἱ ψυχαὶ τὴν σελήνην ὑπὸ πόδας ἕξουσιν.* Castor Rhodius quem Plutarchus hoc loco provocat, chronographus,[2]) Posidonii aequalis ac fortasse amicus, disciplinam professus est Pythagoreorum. Quorum doctrinis cum ad commentanda abusus sit Romanorum instituta et mores,[3]) etiam sententiam ab eo apud Plutarchum prolatam qua demonstratur animas in lunaribus regionibus ad caelum versis morari Pythagoreis asscribere non dubito; ergo etiam ea quae Plutarchus (de fac. in orb. lunae c. 29 p. 944 C) dixit originem duxerunt a Pythagoreis.

Ut iam ea complectamur quae Plutarchi in detegendis fontibus invenimus, in universum dicere possumus Plutarchum

---

[1]) Cf. et. Plut. de fac. in orb. lun. c. 27 p. 942 D; Iamblich. ap. Laur. Lydum lib. de mens. IV 149 (p. 167, 21 s. Wuensch).

[2]) Composuit Apollodorum secutus *Χρονικά* cf. Susemihl II p. 365 ss.; Christ-Schmid II 1[5] p. 304.

[3]) Cf. Plut. quaest. Rom. c. 10 p. 328 D *τὰ Ῥωμαϊκὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς συνοικειῶν* (fragm. 24 Mueller l. l.).

huic libelli loco intexuisse quasdam Pythagoreorum Orphicorumque de animarum post mortem statu opiniones; in cuius auctoris libris ei oblatae sint tales imagines dein quaeramus. Cogites forsitan de Castoris scriptis Rhodii. At haec nihil nunc sunt nisi nomina ut certa enucleare non possimus. Plutarchi fons erat Posidonii in Platonis Timaeum commentarius. Quo in celeberrimo opere ad Tim. 42 D (*ἔσπειρε* [sc. *θεὸς*] *τοὺς μὲν εἰς γῆν, τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τἆλλα ὅσα ὄργανα χρόνου*) Plutarchus Orphicorum Pythagoreorumque de luna animarum sede doctrinas legit suoque ingenio ex illis contexuit imaginem eam quam in extremo de facie in orbe lunae libello videmus expictam. Inde etiam aliquid lucis affulsit iis quae inter se discrepantia Plutarchi in mytho supra statuimus; etenim in cap. 28 meram Posidonii ipsius doctrinam adumbravit, in cap. 29, 30 vero rettulit Plutarchus Orphicorum et Pythagoreorum sententias in Posidonii ad Timaeum commentario citatas. Ex eodem Posidonii commentario originem ducunt ea quae Plutarchus similia explicat amat. c. 20 p. 766 B: *ἀληθῶς ἐρωτικὸς ἐκεῖ γενόμενος καὶ τοῖς καλοῖς ὁμιλήσας . . . ἐπτέρωται καὶ κατωργίασται καὶ διατελεῖ περὶ τὸν αὑτοῦ θεὸν ἄνω χορεύων καὶ συμπεριπολῶν, ἄχρι οὗ πάλιν εἰς τοὺς Σελήνης καὶ Ἀφροδίτης λειμῶνας*[1]) *ἐλθὼν καὶ καταδαρθὼν ἑτέρας ἄρχηται γενέσεως.*

Posterioribus temporibus illa vetusta Pythagoreorum de luna animarum sede sententia revixit apud eos qui disciplinam sunt professi Neoplatonicorum. Iamblichum exhibeo qui in primo de animarum descensu operis libro haec explicat (Iambl. ap. Laur. Lyd. de mens. IV 149 [p. 167, 24 s. Wuensch]): *τὸν ὑπὲρ σελήνης ἄχρις ἡλίου χῶρον τῷ Ἅιδῃ διδοὺς* (sc. *Ἰάμβλιχος*), *παρ' ᾧ φησι καὶ τὰς ἐκκεκαθαρμένας ἑστάναι ψυχάς, καὶ αὐτὸν μὲν εἶναι τὸν Πλούτωνα, Περσεφόνην δὲ τὴν σελήνην.* Neque minus apud Neopythagoreos[2]) haec sententia reperitur cf. [Ocellum] *de univers. nat.* II 2 [p. 160 Mullach]: *Ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην*

---

[1]) Orphicorum rursum sapit originem, quorum in hymnis excultam videmus Lunae et Veneris confusionem cf. Roscher. *Selene* p. 83 adnot. 326; Duemmler ap. Pauly-Wissowa I 2 p. 2772.

[2]) Cf. Zeller III 2^4 p. 149 adnot. 5.

δρόμος.[1]) Fuit Iuliani imperatoris opinio qui ante eum fuissent Caesares divos factos in regionibus sub luna sitis convivia apparare (Conv. 307 c. p. 395 H.), atque Eunapii verba (vit. soph. p. 468 Boiss.): *σοὶ μὲν γὰρ περὶ σελήνην ἡ χορεία* sonant inferni Elysii gaudia quae mysteria et Eleusinia et Orphicorum sibi expinxerunt cf. Wyttenbach. ad Eunap. p. 117; Rohde *Ps.* II² p. 131 adnot. 2.

Christianis quoque temporibus Manichaei praecipue similia docuerunt: post mortem animae primum a luna suscipiuntur quo fit quoniam eae sint perlucidae naturae, ut luna crescat ac decrescat,[2]) dein inde soli traduntur cf. Epiphanium in haeres. LXVI c. 22 [I 1 p. 43 Dindorf]: *φάσκει γὰρ ὁ τοιοῦτος ὅτι, φησί, τὰς ἐν γνώσει τῆς αὐτοῦ πλάνης ψυχὰς γενομένας ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὴν σελήνην, φωτεινῆς οὐσίας τῆς ψυχῆς ὑπαρχούσης. διό φησι πλήθει ἡ σελήνη καὶ φθίνει, πληρουμένη ἀπὸ τῶν ψυχῶν τῶν τελευτωσῶν ἐν γνώσει τῆς ἀπιστίας αὐτῆς*; cf. Ps.-Aug. quaest. vet. et nov. Testam. c. 127 § 18 [p. 407 Souter], Alex. Lycopol. contra Manich. opin. c. 22 [p. 30 ss. Brinkmann];[3]) G. Fluegel *Mani*, Leipzig 1862 p. 44, 100, 228 adnot. 131, p. 341 adnot. 291; Dieterich *Mithrasliturgie*² p. 209; Cumont *La théologie solaire* p. 465 adnot. 1.

---

[1]) Cf. Macrob. in somn. Scip. I 11, 6: . . . *ipsamque lunam vitae esse mortisque confinium.*

[2]) Similia ap. Indos cf. Kaushîtaki-Upanishad I 2 (p. 24 Deussen): *Durch ihre* (sc. *der Abgeschiedenen) Leben wird seine* (sc. *des Mondes) zunehmende Hälfte angeschwellt, und vermöge seiner abnehmenden Hälfte befördert er sie [auf dem Pitṛiyâna] zu einer [abermaligen] Geburt*; Nathan Söderblom *La vie future d'après le Mazdéisme à la lumière des croyances parallèles dans les autres religions* (Annales du Musée Guimet IX Paris 1901) p. 60: *Pour les Hindous la pleine lune contenait l'âme des morts.*

[3]) Posidonii rudimenta agnoscit K. Gronau *Poseidonios und die jüdisch-christliche Genesisexegese* p. 268 adnot. 1.

II.

De stellis animarum sedibus.

Simplex animus ubi totum se ponit in contemplanda perspiciendaque nocturna caeli forma undique astris distincta et ornata, penitus coepit mirari siderum et motus semper constantes ratosque, et innumerabilem multitudinem et claritatem uniuscuiusque puram. Qua ex admiratione exstiterunt primum nexus quidam inter sidera ac vitam humanam, veluti astra ferunt vim aliquam habere ad res vitae humanae diversas.[1] Quid mirum igitur quod iam in simplici animo enata est quaestio ad intellegendum accommodata num haec caelestia astra ipsa defunctorum animae vel saltem earum sedes sint?[2] Inde fit ut apud permultas gentes omnium temporum pervulgatam videamus opinionem qua demonstratur animas hominum post discessum a corpore vel ipsas fieri stellas vel in stellis habitare.[3] Etiam Graeci cognoverunt opiniones non dissimiles. Quarum de origine apud eos nuperrime egit Ervinus Pfeiffer (*Studien zum antiken Sternglauben* p. 113 ss., *Στοιχεῖα* II 1915). De stellis et ipsis

---

[1]) Cf. R. Andrée *Ethnographische Parallelen und Vergleiche*, Stuttgart 1878 p. 103.

[2]) Cf. K. Bruchmann *Psychologische Studien zur Sprachgeschichte* p. 104 s. (Einzelbeiträge zur allgemeinen und vergleichenden Sprachwissenschaft III 1888).

[3]) Apud Germanos cf. Mannhardt *Germ. Mythen* p. 728: *Sie (sc. die frommen Seelen) teilen den Gestirnen ihr Licht mit, stellen Sonnen- und Sternenschein her oder strahlen selbst als glänzende Gestirne ihr Licht zur Erde nieder* c. adnot. 1, apud Indianos cf. L. Frobenius *Die Weltanschauung der Naturvölker*, Weimar 1898 p. 165 (Beiträge zur Volks- und Völkerkunde VI); apud Australiae gentes cf. Ratzel *Völkerkunde* I² p. 353: *So glaubt man in Neusüdwales (Australien), dafs die Seelen in den Wolken weiterleben, im Süden, dafs sie zu Sternen werden*; in Oceania cf. Frobenium l. l. p. 135; apud quasdam Americae gentes cf. N. Söderblom *La vie future d'après le Mazdéisme* p. 36; apud Patagonios cf. Bastian *Verbleibsorte der abgeschiedenen Seele* p. 21.

animis defunctorum et animarum sedibus opiniones, primum quidem alienas Graecorum vulgi ingenio, ex oriente demum introductas philosophorum doctrinis ac mysteriorum cultu (Orphicis imprimis) longe lateque fluxisse a Pfeiffero positum est (p. 113). Cuius sententiae argumenta a Pfeiffero allata gravissima breviter attingam. Pfeiffer enim haec fere explicat: Agitur omnino de opinione qua demonstratur caelum quia eadem sit natura atque animae, esse animae patriam unde ea exorta est, quo redibit post mortem (p. 114 s.). Itaque iam animae ascensus ad caelum opinionis detegere oportet origines. Quae profecto spectant ad orientem. Deinde Pfeiffer Parmenidis Deam (*δαίμων* Diels *Vors.* I³ p. 161 fragm. 12) ac Pythagoreorum *Ἑστίαν* a Magna Matre repetit cuius cultum praecipue in Asia minore magnopere floruisse constat (p. 124 s.).[1] Parmenidis autem Deam (*δαίμονα*) scimus (Simplic. phys. 39, 18, Diels *Vors.* I³ p. 162, Parm. B 13) emittere animas e luce i. e. sole in tenebras i. e. terras quae Parmenidis sententia ut aliae in extremum spectat ad Orphicos (p. 128 s.) qui eas ex oriente recepisse videntur. Inde et omnino ea quae de animarum ascensu in caelum veteres philosophi theologique docuerunt et ea quae cum iis cohaerent de stellis animarum sedibus vel ipsis animis originem ducere ex oriente censet Pfeiffer (p. 130).

Primum quidem recte Pfeiffer statuisse videtur animae ad sidera ascensus opinionem spectare ad orientem cuius rei, cum vero ille plane omittat testimonia, ego exhibeam nonnulla ap. Indos cf. Çatapatha-Brâhmana 6, 5. 4. 8 . . .: *Die frommen Opferer kommen in jene Welt, sie fürwahr sind die Gestirne, wenn man sagt: Es ist ein Licht (Glanz) gefallen, ein Sternlein ist gefallen! Dann sind sie es, die da herunterfallen*; cf. Leop. de Schroeder *Arische Religion* I p. 75 adnot. 1; Mahābhārata III 1745 f. ed. Calc. VII 8880 ss.; Ṣatapatha-Br. VI 5, 4. 8;[2])

---

[1]) Cf. Preller-Robert *Gr. Myth.* I⁴ p. 638; Drexler ap. Roscherum II 2 p. 2848 ss. (s. v. Meter); vide nunc etiam Br. Mueller *Μέγας θεός*, diss. phil. Hal. vol. XXI 3 1913 in cap. II.

[2]) Viçvâmitra impetrat ut Triçanku suo corpore perveniat in „Svargam“; caput deorsum versum in caelo elucet sicut stella cf. Ram. I 60, 31 ss. p. 221 Schlegel; L. Scherman *Materialien zur Geschichte der indischen Visionsliteratur* 1892 p. 29.

H. Oldenberg *Die Religion des Veda* p. 564; Kaegi *Der Rigveda*[2] 1881 p. 216, 217. De Aegyptiis cf. Plut. de Is. et Osirid. c. 21, 6: *τὰς δὲ ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα* et praeclaram illam inscriptionem in Panehemisis Num-Rae sacerdotis sarcophago: (*in vers.*) *Ich triumphiere durch die grofsen Fürsten insgesamt wie diese lebenden Gestirne* (beatus dicit), E. v. Bergmann *Eine Sarkophaginschrift aus der Ptolemäerzeit* (Sitzungsber. d. K. K. Acad. d. Wiss. zu Wien, Philol.-hist. Class. Tom. 82 [1876] I p. 71 ss.); Ad. Erman *Die ägyptische Religion*[2] p. 104.

De Persis et Syriis cf. F. Nork *Die Götter Syriens,* Stuttgart 1842 p. 45 adnot. 82: *Die Sterne dachte man sich als wandernde Seelen (Astralgeister)*; cf. J. B. Friedrich *Die Weltkörper in ihrer mythologisch-symbolischen Bedeutung,* Würzburg 1864 p. 2; H. Hübschmann *Die parsische Lehre vom Jenseits und jüngsten Gericht* (Jahrbücher für protestantische Theologie V 1879 p. 200); N. Söderblom: l. l. p. 9.

Quas opiniones concedo quidem Graecos cognitis pulchritudine et sublimitate recepisse tempore antiquissimo tenebris nobis obvoluto; in eo autem id quod gravissimi est momenti me profiteor plane dissentire quod Pfeiffer sine ullis argumentis ponit opinionem de stellis animis vel animarum sedibus primum prorsus alienam fuisse vulgi Graecorum ingenio (p. 113). Spero me profecto effecturum ex quibusdam vulgi cognitionibus ac fabulis Graecis illas opiniones minume ita alienas fuisse ut Pfeiffer putat (cf. Dieterich *Nekyia*[2] p. 24 adnot. 1).

Quemque habere suam ipsius stellam quae cum nascatur homo, in caelo exoriatur, quae colluceat dum vivat ille, quae vero extinguatur cum illi sit moriendum vulgi cogitatio est vetusta et apud multas gentes pervulgata.[1]) Etiam Graecis primum alienam

[1]) Cf. E. B. Mawers *Roumanian Folk-Lore notes in The Folk-Lore record* V 1882 p. 50: *Each individual has a star attached to his destiny; this star darkens when trouble or calamity approaches; falls, and disappears at the hour of his death.* Atque Esthi putant quemque habere suam stellam; quae si cadit, moritur ille cf. R. Andrée *Ethnographische Parallelen* p. 111, 112. Alio modo idem exprimunt hodie Zacynthi insulae incolae, quorum opinio est haec: in inferorum regionibus innumerabilia lumina accensa quorum unumquidque fingit hominis vitam; si vero exstinguitur lumen, homo moritur cf. B. Schmidt *Das Volksleben der Neugriechen* I p. 246.

non fuisse satis perspicuum fit e Plinii verbis (Nat. Hist. II 8): *Sidera, quae adfixa diximus mundo, non illa, ut existimat volgus, singulis attributa nobis et clara divitibus, minora pauperibus, obscura defectis ac pro sorte cuiusque lucentia adnumerata mortalibus, cum suo quaeque homine orta moriuntur nec aliquem exstingui decidua significant*; [1]) cf. postea Euseb. Alex. de astronom. c. 1 [Nova patr. bibliotheca ed. ab Angelo Maio tom. II p. 522 A, Patr. Gr. tom. 86, 1 p. 453 Migne]: *ἤκουσα παρά τινων, ὅτι κατὰ ἄστρον γεννᾶται ἄνθρωπος καὶ ὅτι ὅσοι ἀστέρες εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, τοσοῦτοι καὶ ἄνθρωποί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅταν ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ ἐκλείπει, καὶ ὅταν γεννηθῇ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ προστίθεται*; [2]) cf. Usener *Weihnachtsfest*² p. 79 adnot. 26, Boll *Socrates*, NF V 1 1917 p. 3 adnot. 1. Hanc superstitionem irrisit Lucianus (Ver. Narrat. I 29). Quacum cohaeret alia opinio qua demonstratur post hominis mortem novam elucere stellam in caelo; Artemidorus profert narratiunculam bellam hanc (onir. V 23 p. 258 Hercher): *Ἔδοξέ τις τοῦ οὐρανοῦ ἀστέρα ἐκπεσεῖν καὶ ἄλλον χαμόθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι. οὗτος ἦν οἰκέτης τινός. ἔπειτα ὁ δεσπότης αὐτοῦ ἀπέθανεν, ἡγούμενος δὲ ἐλεύθερός τε καὶ ἀδέσποτος εἶναι εὗρε παῖδα τοῦ προτέρου δεσπότου, ᾧ κατ' ἀνάγκην ἐδούλευσεν. ὁ μὲν οὖν πεσὼν ἀστὴρ ἐσήμαινε τὸν ἀποθανούμενον, ὁ δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνελθὼν τὸν ἐποψόμενον καὶ δεσπόσοντα αὐτοῦ.* [3]) Riese *Mus. Rhen.* NF XLIX 1894

[1]) Cf. Bouché-Leclercq *l'astrol. Grecque* p. 23 adnot. 1. Cohaerent cum hac opinione illae narrationes in quibus sermo est de lucidis luminibus subito visis ubi clarissimus homo natus est vel Alexander Macedo (Plut. Alex. 12) cf. Soltau *Geburtsgeschichte Christi* p. 20. Vix opus erit monere eodem tempore quo Christus natus est stellam eluxisse (Matth. II 2).

[2]) Cf. S. Athanas. Alex. opp. pars III Exeget. in Patr. Gr. tom. 27 p. 1364 B.

[3]) Similia apud Esthos cf. R. Andrée l. l. p. 112: *Einer ist wieder gestorben, ein Stern fiel herab.* Strictim tangatur quidam mythus apud Litthavienses pervulgatus: Fati dea (werpeya) nascentium coepit in caelo torquere stamina, quorum unumquidque exit in stellam; moriente homine scinditur filum, pallens decidit stella cf. Friedrich *Weltkörper* p. 25; Grimm *D. M.* II⁴ p. 602; Ettig *Acheruntica* p. 311 adnot. 2; Mannhardt *Germ. Mythen* p. 378. Liceat huc annectere sepulcralem

p. 187, 188; Weicker *Seelenvogel* p. 57. Sed exstabat praeter has alia vulgi opinio. Iam antiquissimis temporibus Graeci fabulis carminibusque celebraverunt deorum filios et dilectos ut praemia facinorum acciperent fortium ac memorabilium, in caelum remotos ibique in astris positos, Herculem dico (Gundel *De stellarum appellatione et religione Romana* p. 229 [Religionsgesch. Versuche und Vorarbeiten III 2]), Andromedam (Robert, Eratosthen. catast. rel. p. 243 s.) alios. Postea eadem inter sidera immortalitas attributa est etiam viris quibusdam qui eminebant inter populares aut nobilitate aut doctrina arteque aut fortitudine. Liceat huc proferam Empedoclis versus (Diels *Vors.* I³ p. 278 fragm. 146):

εἰς δὲ τέλος μάντεις τε καὶ ὑμνοπόλοι καὶ ἰητροί
καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται,
ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι.

Cf. Verg. Aen. VI 662, Norden *Verg. Aen. VI*² p. 300, id. *Hermes* XXVIII 1893 p. 394. A posterioribus hoc receptum et auctum est cf. Cic. somn. Scip. 13: *omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur.* Quae cum ita sint mirum non est quod vulgo credebatur Romanorum imperatores post mortem ad astra subvolare. Quae opinio vulgaris incipit ab Iulio Caesare cf. Verg. Georg. I 32:[1])

anne novum tardis sidus te mensibus addas.

illam inscriptionem quam in Maximi Gorki fabula quae „*die Drei*“ inscribitur (Lips. 1902), legit Ilja in loco publico funeribus destinato: *Um eine Blume ist die Erde ärmer geworden, . . . um einen Stern reicher der Himmel* (II p. 262, locum debeo Leopoldo de Schroeder *Arische Religion* I p. 75 adnot. 1); vide singulare exemplum ex actis diurnis Gissensibus 30 [VII 1803 no. 176 fol. 1] de Papae Leonis XIII anima in stellam conversa, quod Gundel l. l. p. 226 adnot. 1 profert: *Fromme Leute knieten dort (in den Strafsen von Lissabon) und beteten und starrten unverwandt zum Himmel hinauf. Und wirklich, dort am westlichen Horizont in der Nähe der Sonne konnte man trotz des Tageslichtes einen blinkenden Stern wahrnehmen. Eine alte Frau behauptete, dafs es die Seele des toten Papstes sei, und das Volk glaubte ihr und sank auf die Kniee.*

[1]) Cf. antea Prop. IV 6, 59:

at pater Idalio miratur Caesar ab astro.

Georg. IV 225 cf. Gundel l. l. p. 229, 239 s.[1]) Octavianus quoque post mortem occupavit stellam cf. Ovid. ep. ex Ponto IV 9, 129 ss.:

tu nostras audis inter convexa locatus
sidera, sollicitas quas damus ore, preces.

Gundel p. 224.[2]) Iidem omnes fere Romanorum imperatores obtinent post mortem sidera[3]) cf. Gundel p. 224 ss.

Omnes eiusmodi opiniones quae quamquam perpauca etiam posteriora exstant testimonia tamen omnibus temporibus in Graecorum vulgo viguerunt, ex una enatae sunt cogitatione communi nexum quendam intercedere inter stellas et defunctorum animas. Inde vero etiam satis elucet quam non recte iudicaverit Pfeiffer qui ut supra vidimus omittens haec omnia affirmat tales opiniones Graecos primum minume cognovisse; quin etiam licet ponamus primum maxime excultam de stellis animis vel animarum sedibus opinionem vulgarem exstitisse.

Quas vulgares opiniones commiscentes eas cum animae ascensus cogitationibus quales viguisse constat tum in oriente, magis excoluerunt et auxerunt philosophi ad quos iam convertamus. Qui omnino ab eo sunt profecti ut ponerent animam ex eadem materia esse compositam ac caelum eiusque sidera. Quae cum ita sint animae unde orta sit eo post mortem redeundum. Primi rursum in cursu nobis obvii sunt Pythagorei. Varro enim testis gravissimus explicat haec: *Aut quoniam Pythagoras dixit huiusmodi animas in stellas converti: quo modo accipimus aeternos orbes* Comm. Luc. IX 19 p. 291 Usener [Varron. rer. div. rel. I p. 154 Agahd], Schmekel *De Ovidiana Pythagoreae doctrinae adumbratione,* diss. phil. Gryphisdw. 1885 p. 58 ss.; Schmekel *Die Philosophie der mittleren Stoa* p. 130 fragm. 43, Comm.

[1]) Gundel modo in eo errat quod huius opinionis originem duxit a Pythagoreorum sententiis.

[2]) De hoc sidere cf. Wissowa *Religion und Kultus der Römer*² p. 342, 343 adnot. 4; V. Gardthausen *Augustus und seine Zeit* II p. 24; Th. Mommsen *Historische Schriften* I p. 180 ss.

[3]) Sic de Traiano Plinius dicit (paneg. c. 89 p. 410 Kukula): *Sed et tu, pater Traiane (nam tu quoque, si non ad sidera, proximam tamen sideribus obtines sedem)* . . . Cf. O. Hirschfeld *Kleine Schriften* p. 488; L. Friedländer *Sittengeschichte* IV⁸ p. 372 adnot. 2.

Luc. IX 9 p. 291 Us., Chalcid. (e Posidonio) comm. in Plat. Tim. 42 D (p. 241 Wrobel). Prospere evenit ut nunc vetustis ex testimoniis evincere possimus Varronem recte dixisse. Nam Ionem Chium Sophoclis amicum scimus professum esse Pythagoreorum disciplinam (Fr. Schoell *Mus. Rhen.* XXXII 1877 p. 152; Bergk *Kleine philolog. Schriften* II p. 708 adnot. 136). Irridens enim Ionis opiniones Aristophanes Trygaeum facit perlucidam stellam matutinam inter reliqua sidera migrantem cf. pac. 832 s. (Diels *Vors.* I³ p. 285 A 2): nam Trygaeus scarabaeo stercorario vehens e caelo redux narrat quae inter astra viderit:

ΟΙ: οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι, κατὰ τὸν ἀέρα
ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ;
ΤΡ: μάλιστα. ΟΙ. καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;[1]
ΤΡ: Ἴων ὁ Χῖος; — ὅνπερ ἐποίησεν πάλαι
ἐνθάδε, τὸν Ἀοῖόν[2] *ποθ'· ὡς δ' ἦλθ', εὐθέως*
Ἀοῖον[3] *αὐτὸν πάντες ἐκάλουν ἀστέρα.*

Cf. Rohde *Ps.* II² p. 131 adnot. 2.

---

[1]) Cf. Diels *Sitzungsberichte der Berliner Akademie* 1904 p. 992: *Der Körper, der mit der Seele zusammengejocht ist, fällt im Tode zu Staub, die Seele aber schwingt sich zu lichten Höhen, wo sie wohl als schöner Stern erscheint; so begrüſst Aristophanes den pythagoreisch angehauchten Dichter Ion v. Chios, den Freund des Sophokles, nach seinem Tode als Morgenstern.*

[2]) *Ἀώιον* Wilamowitz *Hermes* XXXVII 1902 p. 307, *ἀοῖον* Diels *Vors.* I³ p. 285 ex scholio ad l. (p. 196 Duebner; Bergk, P. L. Gr. II⁴ fragm. 10): *Ἴων ὁ Χῖος: διθυράμβων καὶ τραγωιδίας καὶ μελῶν ποιητής. ἐποίησε δὲ ὠιδήν, ἧς ἡ ἀρχή 'ἀοῖον*[a]) *ἀεροφοίταν*[b]) *ἀστέρα μείναμεν*[c]) *ἀελίου λευκῆι πτέρυγι*[d]) *πρόδρομον'* c. Suid. s. v. *Διθυραμβοδιδάσκαλοι.*

[3]) Matutina enim stella eminet inter stellas singulari splendore cf. Eurip. incert. fragm. 929 Nauck²: *ἑῷος ἡνίχ' ἱππότης ἐξέλαμψεν ἀστήρ,*

---

[a]) *ἀώιον* Bergk, *ἀοῖον* vulgo.

[b]) *ἠεροφοίταν* Ravenn. Suid. *ἀμεροφοίταν* Bentleius, *ἀερόφοιτον* Herwerden.

[c]) *μῆνα μὲν* Rav. Suid. om. Ald., *μείνωμεν* Ven. Marc. Ald., *μείναμεν* Bentl.

[d]) *λευκοπτέρυγα* Bentl. Dind. Bergk, *λεπτῇ πτέρυγι* Suid. codd. B, V, E, C, *λευκῇ πτέρυγι* Suid. cf. Bernhardyum ap. Duebnerum.

Dein iterum ex Aristotele hoc proferam: fuisse Pythagoreos nonnullos qui pulvisculos solares duxerint animas (de anim. A 2 p. 404 a 16; Diels *Vors.* I³ p. 357, Diog. Laert. VIII 31 cf. supr. p. 7): Tabula exstat Cypria in qua legis versus Pythagoreorum sapientiae plenos; ibi de daemonibus i. e. defunctorum animis dicuntur haec: v. 5 *εἴτε ἀπὸ τῆς ἄκρ⟨ε⟩ας τῶν ἄστρων φέρεσθε.* IG. III 3 app. defix. tabell. Attic. praef. p. XXI ed. Wuensch. Accuratiora de hac opinione reperimus apud Platonem, cuius in Timaeo dialogo rerum opifex ex eadem materia atque antea mundi animam creat animas humanas stellarum numero pares singulasque singulis attribuit (41 D *ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον*);[1] dein iis ostendit rerum naturam ac de ipsarum fortuna haec fere eas docet. (41 E ss.): Omnes animae primo quidem partu includuntur in corporibus ac maxime virorum ne quis capiat aliquid incommodi. Post discessum autem a corpore aliae si superatis cupiditatibus permanserunt incorruptae in suas stellas reversae fruuntur priore beatitudine (42 B *καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα χρόνον βιούς, πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα καὶ συνήθη ἕξοι*),[2]

---

cf. Hephaest. p. 53, 8 Consbr.; Platonis epigr. 15 [PLG II⁴ p. 304], Auson. p. 425 Peip. Quocum congeram postea Christum in caelum receptum comparatum esse cum matutina stella cf. Apocal. Joh. 22, 16: *ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυείδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός* quod revocat ad Jes. 14, 12:

תחתיו צע ומה ומבין תולעה:
איו: נפלת משמים הילל בז־שחו

Cf. Apocal. II 28 ubi ei qui in vita superat cupiditates promittitur matutinae stellae splendor, cf. Bousset *Die Offenbarung Joh.*⁶ 1906 p. 459.

¹) Cf. Zeller II 1⁴ p. 819 qui iam contra Susemihlium (*Genet. Entw.* II p. 396) monuit Platonem hoc loco de singulis animis cogitavisse (cf. adnot. 1); attingere apparet Platonem illas vulgi opiniones quibus demonstratur quemque habere suam ipsius stellam v. Plin. II 8 v. supra p. 22.

²) Cf. Platonis epigr. 14 (PLG II⁴ p. 303):

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

aliae vero quae in vita indulserunt cupiditatibus, post alterum demum partum, in quo intrare debent in corpora feminina, superiora possunt capessere (l. l. *σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ*); sin autem et in hoc altero partu nondum destiterunt ab iniuria, in partuum vicissitudine iis est permanendum donec superiorem suam naturam rursum adeptae sunt; tum demum redeunt ad sui simile (42 C). Scimus Platonem in Timaei de mundo aedificando animaque creanda mythis Pythagoreorum astrologiae pressisse vestigia (cf. Joa. ab. Arnim *Plato's Jugenddialoge* 1914 p. 162) neque inde potest dubium esse quin etiam nexus quem Plato intercedere inter stellas et animas statuit, in extremum originem duxerit e Pythagoreorum sententiis iisdem quas Ionem vidimus Chium carminibus intexuisse; imprimis autem in eo quod animarum prout eae vixerint in terris tria genera distinguit ut infra e Plutarcho enucleabimus, ad Pythagoreos revocat.[1]) Singula quatenus in his sententiis Plato secutus sit Pythagoreos quoniam hodie testimonia desint, non iam evinci possunt. Etiam populares ut iam supra breviter strinxi opiniones attingit Plato dicens quemque suam ipsius stellam a rerum opifice habere (v. supra p. 26 adnot. 1). In uno quantum videmus Plato ac Pythagorei inter se differre videntur; hi enim animas posuerunt post mortem ipsas in stellas converti; apud Platonem autem stellae sedes sunt animarum et ante partum et post mortem. Sed et de eo vix quicquam certi hodie dici potest quoniam opus ponamus tum illas duas opiniones simul viguisse. Etiam alio loco Plato ad eandem ni fallor opinionem alludit, rep. X 621 B: animae priusquam in novum partum intrant, in Oblivionis planitie (*Λήθης πεδίῳ*) acquiescunt; tum postquam potaverunt media nocte caeli fragore exorto

---

Similia ap. Plut. de sera num. vindicta c. 22 p. 563 F; Dieterich *Nekyia*[2] p. 145; Ad Timaei locum alludit Danteus (Parad. IV 52 ed. Brunetti):

Dice che l' alma alla sua stella riede
Credendo quella quindi esser decisa
quando natura per forma la diede.

Danteo stellae videntur oculi beatorum cf. Parad. II 142 ss. ed. Brunetti.

[1]) Pythagoram ipsum ac Platonem in stellas mutatos esse tradit Martianus Cap. II 125.

emittuntur in *γένεσιν ᾄττοντες*[1]) *ὥσπερ ἀστέρες*, locum spectare ad Orphicos Pythagoreosque explicavi Dieterichius[2])‘*Nekyia*[2] p. 123, cf. Bousset *Archiv für Religionswiss.* IV 3 [1901] p. 250, 254, 257. Platonem hoc loco cogitasse de stellis cadentibus apertum est.[3])

Iam quaestio vertit se ad Timarchi *εἰς Τροφωνίου κατάβασιν* quam in Plutarchi dialogo *περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου* inscripto (c. 21 p. 590 A ss.) dum Thebanorum praeparatur excidium, coniurationis particeps Simmias consociatis enarrat:[4]) iuvenis enim Timarchus ut quae sit re vera Socratis *δαιμονίου* natura a daemonibus disceret in Trophonii specum descendit. Duas post noctes unumque diem reversus laeto ore refert haec: animam suam ubi egressa sit cum doloribus per *ῥαφάς* capitis (Ettig *Acheruntica* p. 329 adnot. 3) statim subvolasse in aerem puram; inde supra quidem aerem insulas suspexisse permultas mollibus flammis fulgentes (*νήσους δὲ λαμπομένας μαλακῷ πυρί* l. l. c. 22 p. 590 C) quarum motu aether leniter strepitaverit; infra vero hiantem vidisse voraginem immensam unde querelae ac clamores audita sunt et hominum et bestiarum; dein stellas se conspexisse multas quae voraginem circum volitaverint; quaerentem autem Timarchum quaenam sint stellae illae vox docet eas esse daemones i. e. defunctorum animas (c. 22 p. 590 C).

Iam quaeramus unde hic mythus duxerit originem. Nonnulla

---

1) *ᾄσσειν* de stellis cf. Euripid. Iph. Aul. 7:

Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.

Cf. Arat. phaen. 926: *καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν ὅτ’ ἀστέρες ἀΐσσωσι*, cf. plura ap. Spanhemium *Obs. in Callim. hymn. in Del.* v. 38 [II p. 410 Ernesti].

2) Cf. A. Bouché-Leclercq *l'astrolog. Grecque* p. 23 adnot. 1 qui putat hanc opinionem repetere vulgi superstitiones: *c'est une amorce ou une adhésion à l'opinion vulgaire que les âmes sont des étoiles ou que chacune a son étoile.*

3) Non dissimilia quae nemo adhuc vidit apud Indos reperis. Apud eos lacteus orbis est deorsum via qua bonorum et iustorum animae lucent, eae autem inde stellae cadentes rursum decidunt in terras ut denuo in corpora intrent cf. R. Andrée *Ethnographische Parallelen* p. 112, p. 46.

4) Cf. Bousset l. l. p. 252.

Plutarchum debere Platonis sententiis recte Heinzius explicat (*Xenocr.* p. 130); locis ab eo prolatis addam reipubl. 621 B ubi ut iam supra explicatum est (p. 33 s.) animae quae petunt novum partum *ἄλλον ἄλλῃ φέρεσθαι ἄνω εἰς τὴν γένεσιν, ᾄττοντας ὥσπερ ἀστέρας.* Hoc paene ad verbum consonat cum iis quae Plutarchus dicit de daemonibus qui stellarum specie vibrant: l. l. c. 22 p. 591 D: *πολλοὺς ἀστέρας περὶ τὸ χάσμα παλλομένους, ἑτέρους δὲ καταδυομένους εἰς αὐτό, τοὺς δ' ᾄττοντας αὖ κάτωθεν* cf. Ettig *Acheruntica* p. 332 adnot. 1. Sed cave ne quid colligas e Plutarchi et reipublicae loci similitudine, immo vero ex Timaei dialogi cum Plutarcho comparatione fructum puto nos capessere. Singula inspiciamus. Timarchus infra conspicit tria stellarum genera, primum *τοὺς μὲν οὖν ἀποσβέννυσθαι δοκοῦντας ἀστέρας* animas eas quae funditus se immerserunt corporeis (*τὰς εἰς σῶμα καταδυομένας*), alterum *τοὺς δ' οἷον ἀναλάμποντας πάλιν καὶ ἀναφαινομένους κάτωθεν, ἀχλύν τινα καὶ ζόφον ὥσπερ ἀποσειομένους,* eas quae post mortem relinqunt corpora; tertium animarum genus sunt *αἱ ἄνω διαφερόμεναι.* Hae appellantur daemones. Haec tria genera et in Timaeo, quem locum iterum opus exhibeam (41 D), reperis. Rerum opifex ut iam supra vidimus (p. 26) animas creavit stellarum numero pares. Quae tempus constitutum bene iusteque vixit in suam stellam reversa ibi beatam degit vitam. Hoc tertio Plutarchi convenit animarum generi. Animis autem quae iniuste vixerunt, deus promittit eas post alterum demum partum esse redituras ad sui simile, in quo alterius Plutarchi generis memineris. Si vero et in hoc altero partu sensum non commutant animae, in partuum vicissitudine eas opus permanere donec restituerunt ipsarum naturam, tum demum in siderum regiones reverti possunt. Similitudo Plutarchi et Platonis locorum patet. Inde perspicuum est utrumque sua ratione repetivisse easdem doctrinas. Quoniam vero ut supra explicavimus (p. 27) Plato in Timaeo Pythagoreorum astrologiae presserit vestigia, et Plutarchi mythum eodem spectare opus ponamus. Pythagoreorum autem eiusmodi opiniones modo legisse Plutarchum satis constat in Posidonii ad Platonis Timaeum commentario. Atque facile puto posse intellegi Posidonium ipsum tales Pythagoreorum mythos in commentando Timaei loco 41 D adnotasse cf. p. 17.

Breviter attingam Luciani *Λυχνόπολιν* Ver. Narrat. I 29: *πλεύσαντες δὲ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα καὶ ἡμέραν, περὶ ἑσπέραν ἀφικόμεθα ἐς τὴν Λυχνόπολιν καλουμένην, ἤδη τὸν κάτω πλοῦν διώκοντες. ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μεταξὺ τοῦ Πλειάδων καὶ τοῦ Ὑάδων ἀέρος, ταπεινοτέρα μέντοι πολὺ τοῦ ζῳδιακοῦ. ἀποβάντες δὲ ἄνθρωπον μὲν οὐδένα εὕρομεν, λύχνους δὲ πολλοὺς περιθέοντας καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ περὶ τὸν λιμένα διατρίβοντας, τοὺς μὲν μικροὺς καὶ ὥσπερ πένητας, ὀλίγους δὲ τῶν μεγάλων καὶ δυνατῶν πάνυ λαμπροὺς καὶ περιφανεῖς. οἰκήσεις δὲ αὐτοῖς λυχνεῶνες*[1]) *ἰδίᾳ ἑκάστῳ πεποίηντο, καὶ αὐτοὶ ὀνόματα εἶχον, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι, καὶ φωνὴν προϊεμένων ἠκούομεν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ξενίᾳ*[2]) *ἐκάλουν· ἡμεῖς δὲ ὅμως ἐφοβούμεθα, καὶ οὔτε δειπνῆσαι οὔτε ὑπνῶσαί τις ἡμῶν ἐτόλμησεν. ἀρχεῖα δὲ αὐτοῖς ἐν μέσῃ τῇ πόλει πεποίηται, ἔνθα ὁ ἄρχων αὐτῶν διὰ νυκτὸς ὅλης κάθηται ὀνομαστὶ καλῶν ἕκαστον· ὃς δ' ἂν μὴ ὑπακούσῃ, καταδικάζεται ἀποθανεῖν ὡς λιπὼν τὴν τάξιν· ὁ δὲ θάνατός ἐστι σβεσθῆναι. παρεστῶτες δὲ ἡμεῖς ἑωρῶμεν τὰ γινόμενα καὶ ἠκούομεν ἅμα τῶν λύχνων ἀπολογουμένων καὶ τὰς αἰτίας λεγόντων δι' ἃς ἐβράδυνον. ἔνθα καὶ τὸν ἡμέτερον λύχνον ἐγνώρισα, καὶ προσειπὼν αὐτὸν περὶ τῶν κατ' οἶκον ἐπυνθανόμην ὅπως ἔχοιεν· ὁ δέ μοι ἅπαντα ἐκεῖνα διηγήσατο.*

Lucianum perspicuum est his verbis irridere totam opinionem de stellis et ipsis animis et animarum sedibus per saecula excultam; quibus usus sit fontibus usque ad hoc tempus incertum est; nonnulla autem dici possunt: legis enim apud Aristophanem in pac. 838: *τίνες γάρ εἰσ' οἱ διατρέχοντες* (= transcurrentes cf. Verg. Aen. V 527; H. v. Herwerden, Aristoph. pax II p. 146) *ἀστέρες οἱ καόμενοι θέουσιν;*[3]) apud Lucianum (l. l.) *λύχνοι*

---

1) *καὶ λυχνεῶνες* Nilén, *αὐτοῖς λυχνεῶνες* G. Wissowa.

2) *ἐπὶ ξενίας* *Ω P* et *Γ* (?), *ἐπὶ ξένια* Cob. Nilén, *ἐπὶ ξενίᾳ* *Γ** Wissowa.

3) Unde nego Bollium recte collegisse Aristophanem dicere stellas cadentes (*Philolog.* 66 NF 20 [1907] p. 2); etenim primum Ion ipse stella matutina est, dein autem quae cum ita sint facile non potest

vocantur *περιθέοντες*. Apud utrumque sermo est de cena quadam (ap. Aristoph. pac. 839 *δεῖπνον*, ap. Lucianum l. l. *ξενία*). Aristophanes inter stellas agnoscit divites (v. 840 *πλούσιοι*), item Lucianus (l. l.): *ὀλίγους δὲ τῶν μεγάλων καὶ δυνατῶν πάνυ λαμπροὺς καὶ περιφανεῖς.*[1]) Lucianus dicit lucernis esse domicilia (*οἰκήσεις*), in quo memoriam renoves Platonis verborum (Tim. 42 B): *πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου.* Addam Artemidorum (onirocrit. II 36 p. 137 Hercher): *ἔοικε γὰρ ὁ μὲν οὐρανὸς τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἰδόντος, οἱ δὲ ἀστέρες τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν κτήμασί τε καὶ ἀνθρώποις,* ad Luciani *ξενίαν* cf. Artemid. l. l. *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐσθίειν δοκεῖν ἀστέρας ἀγαθὸν οὐδενὶ πλὴν μάντεων καὶ τῶν τὰ οὐράνια διασκεπτομένων. Λυχνοπόλεως* incolarum mors est exstingui (*ὁ δὲ θάνατός ἐστι σβεσθῆναι*) quod originem ducit e vulgaribus superstitionibus quibus demonstratur quemque habere suam ipsius stellam quae luceat dum vivat ille quae vero exstinguatur cum illi sit moriendum cf. Plin. II 8, Gundel l. l. p. 226 et supra p. 22. — Certa ex Artemidoro et Plinio eruere nequis. Rohdius (*Gr. Rom.*[3] p. 209 adnot.) quidem ac Bollius (l. l.) nos delegant ad Diniae narrationes fabulosas (Ant. Diog. ap. Phot. cod. 116 p. 111 A, Erotic. script. Gr. p. 510).

Pythagoreorum Platonisque de stellis et animis et animarum sedibus sententias postea praecipue Stoici quidam receperunt suisque immiscuerunt doctrinis. Docuerunt enim divinum ignem — in quo Heraclitum (Diels *Vors.* I[3] p. 84 fragm. 30, 31; p. 90 fragm. 64) secuti cf. Überweg-Praechter I[10] p. 257 — mundum omnemque vim mundi divina natura continere, mundum igitur ipsum divinum cf. Cleanthem ap. Cic. de nat. deor. I 14, 37 [Dox. p. 543, 544; Frgm. Stoicor. v. I p. 120 fragm. 530 ed. Arn.; Chrysippus ap. Cic. de nat. deor. I 15, 39 (Dox. p. 545; Frgm. Stoicor. v. II p. 315 fragm. 1077 ed. Arn.)]. Sideribus autem, in quibus quoniam manifestissime appareret ignis divinus, tributa est

intellegi curnam ceterae animae conversae in stellas in aere circumvolitent modo stellae cadentes.

1) Attingit vulgi opiniones cf. Plin. II 8 (v. supra p. 27): *Sidera quae adfixa diximus mundo, non illa ut existumat volgus, singulis attributa nobis, et clara divitibus, minora pauperibus* ... cf. Artemid. onirocrit. II 36.

eadem divinitas cf. Balbum Stoicum ap. Cic. de nat. deor. II 15, 39; Frgm. Stoicor. v. II p. 200 fragm. 684 ed. Arn.; cf. Cic. de nat. deor. II 15, 42.[1])

Quibus ex sempiternis[2]) ignibus emanasse etiam animam humanam ideoque ipsam igneam refert Cic. de nat. deor. III 14, 36 et Tusc. I 9, 19. Quam post discessum e corpore si digna sit immortalitate in caelum ascendere ibique inter sidera vagari cf. Varron. in Comment. Luc. IX 6 [p. 290 Us., Varron. antiq. rer. div. rel. I p. 154 Agahd, Frgm. Stoicor. v. II p. 225 fragm. 817 ed. Arn.]. [*Stoici*] *virorum fortium animas existimant in modum siderum vagari in aere et esse sic immortales* cf. Cic. somn. Scip. 16, Cumont *Astrology and Religion among the Greeks and Romans,* New-York 1912 p. 177 ss.[3]) Inter sidera autem

[1]) Cf. Diodorum ac Posidonium ap. Achill. Tat. Isag. excerpt. c. 10 (Comm. in Arat. rel. p. 39 Maass): *Ἀστήρ ἐστι κατὰ Διόδωρον* (Dox. p. 19 ss. cf. Hultschium ap. P.-W. V 1 p. 710) *σῶμα θεῖον οὐράνιον τῆς αὐτῆς μετειληφός* [*μετειληφὸς* Vat.; *μετειληφὼς* Med. Dieles. l. l.] *οὐσίας τῶι ἐν ὧι ἐστι τόπωι σώματι* [*σώματι* Vat.; *σῶμα* Med. Dieles.; *σώματι* Maass] *λαμπρὸν καὶ οὐδέποτε στάσιν ἔχον ἀλλ' ἀεὶ φερόμενον κυκλικῶς. ὡσαύτως δὲ ὡρίσατο καὶ Ποσειδώνιος πρὸ αὐτοῦ ὁ Στωικός* cf. Arium Did. fragm. 32 (Dox. p. 466), Bakii Posidonii Rhodii reliquias doctrinae Lugd. Bat. 1810 p. 65.

[2]) Divinitatem sideribus antea tribuerunt: Alcmaeo Crotoniata ap. Aristot. de anim. A 2 p. 405 a 29 [Cic. de nat. deor. I 11, 27, Dox. p. 533, *Vors.* I³ p. 133 Alcm. Crot. A 12], Epicharmus cf. Menand. ap. Stob. flor. III p. 176, 29 Mein. [Enn. poes. rel. ed. Vahlen² p. 222, 57, FCG III p. 160 fragm. 537 Kock, C Gr. Fr. ed. Kaibel fragm. 239, *Vors.* I³ p. 122 Epich. fragm. 8, Nestle *Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung* p. 458 adnot. 3]; Plato legg. X 899 B, XII 966 E, Cratyl. 397 C Zeller II 1⁴ p. 814; Aristoteles metaph. XII 8 p. 1074 a 38; Zeller II 2³ p. 466 ss.; Heraclides Ponticus ap. Cic. de nat. deor. I 13, 34 [Dox. p. 541; Voss *De Heracl. Pont.* p. 61], Xenocrates ap. Aet. plac. I 7, 30 [Dox. p. 304; Heinze *Xenocr.* fragm. 15].

[3]) Non dissimilia reperis postea in Mithrae religione cf. Dieterich *Mithrasliturgie*² p. 8, 5: Mithrae discipulus stellas invocat: *ἐγώ εἰμι σύμπλανος ὑμῖν ἀστὴρ καὶ ἐκ τοῦ βάθους ἀναλάμπων* cf. p. 65; Cumont *Die Mysterien des Mithra,* vers. Germ. ed. Gehrich 1903 p. 104 ss.; Weicker *Seelenvogel* p. 57; R. Reitzenstein *Die hellenistischen Mysterienreligionen* 1910 p. 170 s. qui recte statuit Paulum (ep. ad Corinth. I 15, 41 *ἄλλη δόξα ἡλίου καὶ ἄλλη σελήνης καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ*) alludere ad stellarum opiniones animarum quales tum sparsae sint. Comparat enim

anima fruitur aeternis voluptatibus: requiescit beata in contemplatione rerum naturae spectaculi ac despicit omnia humana ex superiore loco. Singula ap. Plutarch. de ser. num. vind. c. 22 p. 563 F: *εἶτα μικρὸν ἐξαρθεὶς ἔδοξεν ἀναπνεῖν ὅλος καὶ περιορᾶν πανταχόθεν, ὥσπερ ἑνὸς ὄμματος ἀνοιχθείσης τῆς ψυχῆς. ἑώρα δὲ τῶν πρότερον οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὰ ἄστρα παμμεγέθη καὶ ἀπέχοντα πλῆθος ἀλλήλων ἄπλετον, αὐγήν τε τῇ χρόᾳ θαυμαστὴν ἀφιέντα καὶ τόνον ἔχουσαν· ὥστε τὴν ψυχὴν ἐποχουμένην λείως οἷον ὥσπερ ἐν γαλήνῃ τῷ φωτὶ ῥᾳδίως πάντῃ καὶ ταχὺ διαφέρεσθαι* cf. p. 565 F ubi animarum gaudia in caelo Orphicis coloribus expicta sunt, cf. Dieterich *Nekyia*² p. 145, 147; Cic. Tusc. I 43, Senec. ad Polyb. de cons. c. 9, 3; cons. ad Marc. 18, 2 (Reitzenstein *Poimandres* p. 6), epist. 102, 26; nat. quaest. I praef. 13 ed. Gercke.

Posterioribus temporibus opinio qua demonstratur animam ascendere ad sidera ibique ipsam fieri stellam, longe lateque pervulgata est cf. L. Friedländer *Sittengeschichte* IV⁸ p. 371; Hadrianus imperator eam agnovit cf. verba quae de eo Antinoi obitum deflente narrat Cassius Dio LXIX 11 [III p. 232 Boiss.]: . . . *καὶ τέλος ἀστέρα τινὰ αὐτός τε ὁρᾶν ὡς καὶ τοῦ Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε (Ἀδριανός), καὶ τῶν συνόντων οἱ μυθολογούντων ἡδέως ἤκουεν ἔκ τε τῆς ψυχῆς τοῦ Ἀντινόου ὄντως τὸν ἀστέρα γεγενῆσθαι καὶ τότε πρῶτον ἀναπεφηκέναι* [1]) (de Antinoo cf. P. de Rohden ap. Pauly-Wissowa I 2 p. 2439). Quatenus tales opiniones etiam vulgo sparsae sint elucet ex inscriptionibus sepulcralibus.

Ex quibus supplens a Gundelio prolatas (l. l. p. 230) exhibeam hasce: [2])

Corp. Herm. X 7 (beata anima) *εἰς τὸν θεῶν χορὸν χορεύει· χοροὶ δὲ δύο θεῶν, ὁ μὲν τῶν πλανωμένων, ὁ δὲ τῶν ἀπλανῶν, καὶ αὕτη ψυχῆς ἡ τελειοτάτη δόξα.* Addam hanc stellarum chori imaginem ad Graecos spectare cf. Sophocl. Antig. 1146: *ἰὼ πῦρ πνευόντων χοράγ' ἄστρων* cf. Eurip. Ion 1089; Tibull. II 1, 87: *lascivo sidera fulva choro*; Gundel p. 212; Artemid. onirocr. I 3 p. 10 Hercher: *νυκτὸς εὔσημος ἀστέρων χορός.*

[1]) Alii tradunt Antinoum in luna vitam degere beatam cf. Tatian. or. ad Graec. c. 10 (p. 11 Schwartz).

[2]) Cf. de Sybel *Christl. Antike* I 1906 p. 68.

Graecorum: IG XII 8, 609 cf. Cumont *Astrology and Religion* p. 178 Thasi:

v. 3 *ψυχὴ δ' ἀθανάτω[ν] βουλαῖς [ἐκ]ι[δ]ή⟨ο⟩μιός ἐστιν*
ἄστροις καὶ ἱερὸν χῶρον ἔχει μακά[ρ]ων.

B. Haussoullier *Revue de Philologie* XXXIII 1909 p. 6 (Mileti):

v. 4 *Αἰθέρα δ' ὀκταέτης κατιδὼν ἄστροις ἅμα λάμπεις*

cf. Diels *Vors.* I³ p. 285 adnot. critic.

Bull. de corr. hellen. VIII 1884 p. 448 s. no. 12:

v. 2 *Ἀστὴρ γὰρ γενόμην θεῖος ἀκρεσπέριος.*[1])

IG XIV 2141 (suppl. a Kaibelio):

[ψυχὴν δ' ἐκ ῥεθέων ἀστὴρ γλυκὺς] ὄρθριος, ἄστρων
[λαμπρότατος πάντων εἶδεν ἀνα]πταμένην.

IG IX 2, 292 (Gomphorum):

Θείοισιν ἄστροις εὐσεβὴς Στρατονεικίδης
τέκνων [ὑπὲρ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –]

AP VII 64 (*εἰς Διογένην*):

v. 4 . . . . *Ὅς πίθον ᾤκει;*
Καὶ μάλα· νῦν δὲ θανὼν ἀστέρας οἶκον ἔχει.

cf. Plat. Tim. 42 B *οἴκησιν ἄστρου.*

Romanorum: CIL VI 3, 21521 = Buech. Anth. Lat. II 1109:

v. 9 vidi sidereo radiantem[2]) lumine formam
aethere delabi . . .

---

[1]) Stella enim vespertina singulari ac semper aequo splendore inter caelestia eminet cf. Il. X 318:

ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Ovid. met. II 722; Gundel p. 118; Preller-Robert I⁴ p. 447.

[2]) Quocum breviter comparem ea quae in Iudaeorum ac postea Christianorum religione de defunctorum animarum specie sunt edocta; defunctos ipsos sidereo lumine radiare cf. Dan. 12, 3:

והמשבילב יזהרו בזהי
הוקיעטצויקי הובים כבובבי
סלעולםועו:

v. 27 nam me sancta Venus sedes non nosse silentum
iussit et in caeli lucida templa tulit.

Maass *Orpheus* p. 276 c. adnot. 65, Gundel p. 230.

CIL V 6295 = Buech. II 1433:

v. 4 bustus membra tenet, mens caeli perget in astra.

CIL VI 1 p. 389, a; Cholodniak, Carmina sepulcralia Latina epigraphica² no. 863 (*Zapiski istor. filolog. Fakulteta St. Petersburg* 74 [1904]) = Buech. II 1347 (in mausoleo Sext. Petron. Probi cos. 371 p. Chr.):

v. 11 sed periisse Probum meritis pro talibus absit
credas, Roma, tuum: vivit et astra tenet.

CIL VI 10764 (Romae) = Cholodniak no. 402:

v. 10 accessit astris, T[artari fugit domos].

CIL VI 12087 = Buech. 611 = Cholodniak no. 1105 (Romae):

v. 4 . . . mundus me sumpsit et astra

cf. Cumont *Astrology and Religion* p. 178, 179.

CIL VI 24792 = Buech. 1062:

[In terris] cineres alius loc[us, hic h]abet ossa:
effigies v[aga per sid]era sic colitur.

Cf. 4. Esra 7, 97; cf. Gunkel. ad l. ap. E. Kautzsch *Die Apokryphen und Pseudepigraphen des alten und neuen Testaments* II p. 375; Dieterich *Nekyia*² p. 214; Boll *Aus der Offenbarung Joh.* p. 32 adnot. 4 (*Στοιχεῖα* I); Bousset *Die Religion des Judentums* p. 265, 344. Addam locos nonnullos: Aethiop. Henoch. 39, 7. 51 ed. R. H. Charles (Anecdot. Oxon. semitic. ser.-part XI Oxford 1906 p. 217); Gunkel l. l. p. 308; Apocalypse Baruch I (Syric. Baruch 51, 10; Kautzsch II p. 431): *Denn in den [Himmels-] Höhen jener Welt werden sie wohnen* (sc. *die Gerechten*) *und den Engeln gleichen und den Sternen vergleichbar*; Griech. Bar. 9; Kautzsch II p. 454; Esra Apokal. vis. III § 16 v. 10 p. 206, 207 Violet (*Die griech.-christl. Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte* X Leipzig 1909); Lat. cap. VII 124—127: et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt; Syr. VII 54: *und dafs die Gesichter der Heiligen leuchten sollen mehr als die Sterne.* Cf. et. Arm. VII 54.

CIL VI 27383 = Buech. 1061 = Cholodniak no. 464:

v. 11 . . . an superas convisit luminis auras
innocua aeternis condita sideribus?

CIL VIII 8567 = Buech. 569 = Cholodniak no. 500:

v. 6 Non tamen ad Manes sed caeli ad sidera pergis.

CIL XII 631 = Cholodniak no. 856:

v. 2 cum pia iubente deo anima migravit ad astra.

Buech. II 1362:

v. 5 astra fouent animam, corpus natura recepit.

Buech. II 1407:

v. 4 quem inter astra tenet alma quies.

Buech. II 1834:

v. 4 [nam mens ad caeli] transiuit spi[ritus astra].[1]

Christianorum:

CIL X 8174 = Buech. 1420 = Cholodniak no. 1043 (Neapolis):

v. 2 astra tenent animam, caetera tellus habet.

CIL V p. 617, 6 = Buech. 778 = Rossi: inscr. christ. Rom. II 163, 3:

v. 6 membra solo posuit, caeli perrexit ad astra.

Buech. 755 = Rossi II 273, 3:

v. 3 sidereasque colunt sedes mundoque fruuntur.

---

[1]) Cf. Inc. in Poet. Lat. min. III 39 p. 270 Baehr.:
v. 5: *Mens videt astra, quies tumuli complectitur artus.*
Cf. Gundel p. 222.

III.

De lacteo orbe animarum sede.

Ad lacteum orbem, qui splendore candido ac claritate iam prius omnium in se convertit oculos,[1] annexuerunt Graeci varias opiniones. Nos de lactei orbis origine et enarrata in vulgi fabulis et postea a philosophis edocta[2] reticentes ea primum attingamus quae omnino a vulgo de eius natura cogitata iam monstrant et praeparant sententiam postea a philosophis excultam qua demonstratur lacteum orbem esse animarum viam ac sedem. Inde ab antiquissimis temporibus lacteus orbis vulgo credebatur solis via qua aliquando cursum egisse fertur. Primi quantum videmus haec docuerunt Pythagorei cf. Aet. plac. III 1, 2 (Diels Dox. p. 364, *Vors.* I^3 p. 356): *τῶν Πυθαγορείων οἱ μὲν ἔφασαν ἀστέρος εἶναι διάκαυσιν* [sc. *τὴν γαλαξίαν*] *ἐκπεσόντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' οὗ δὲ περιέδραμε χωρίου κυκλοτερῶς αὐτὸ περιφλέξαντος ἐπὶ τοῦ κατὰ Φαέθοντα ἐμπρησμοῦ· οἱ δὲ τὸν ἡλιακὸν ταύτηι φασὶ κατ' ἀρχὰς γεγονέναι δρόμον,* cf. Aristot. meteor. A 8 p. 345 a 13 s., Diels *Vors.* l. l. Quam sententiam Oenopides Chius ap. Achill. Isag. ad Arat. 24 p. 55, 18 Maass, Diels *Vors.* I^3 p. 298 (ex Posidonio) amplexus est *ἕτεροι δέ φασιν, ὧν ἐστι καὶ Οἰνοπίδης ὁ Χῖος, ὅτι πρότερον διὰ τούτου* (sc. *γάλακτος*) *ἐφέρετο ὁ ἥλιος*[3]) cf. Heibergium *Solens Bane* (*Nordisk tidsskrift for filologi* 3 raekke XII bind p. 97 ss.). Alii putaverunt lacteum orbem esse solis viam perpetuam cf. Metrodorum Chium ap. Aet.

---

[1]) Bergk *Kleine philologische Schriften* II p. 708.

[2]) De lactei orbis appellationibus cf. Gundel. ap. Pauly-Wissowa VII 1 p. 560.

[3]) Cf. G. Knaack, Quaest. Phaethonteae p. 52.

plac. III 1, 3 (Diels Dox. p. 365, *Vors.* II³ p. 142 a 13): *Μητρόδωρος διὰ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου· τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον.*[1]) Posteriorum testimonia ap. Gundel l.l. p. 561. Nec minus vetusta videtur de lacteo orbe deorum via opinio. Quam primum legis apud Pindarum fragm. 30 Schr.:

πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν
χρυσέαισιν ἵπποις Ὠκεανοῦ παρὰ παγᾶν
Μοῖραι ποτὶ κλίμακα σεμνάν
ἆγον Ὀλύμπου λιπαρὰν καθ' ὁδόν
σωτῆρος ἀρχαίαν ἄλοχον Διὸς ἔμμεν.

Cf. Gruppium I p. 395 c. adnot. 6. Hanc *λιπαρὰν ὁδὸν* dictam esse lacteum orbem ex Ovidio perspicuum fit metamorph. I 168:

est via sublimis, caelo manifesta sereno:
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
hac iter est superis ad magni tecta tonantis[2])
regalemque domum.

Cf. Gundel *De stell. appell.* p. 244.

Ubi vero lacteum orbem esse deorum viam homines opinabantur, simplici animo arduum non erat nexum aliquem statuere inter hanc deorum viam et homines. Lacteus orbis sic fiebat via qua migrant heroum animae in beatorum insulas in extremo Oceano sitas. Cuius opinionis primus testis et Pindarus Ol. II 68:

ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐστρίς
ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· ἔνθα μακάρων
νᾶσον ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέοισιν.

Cf. Bergk *Kleine philol. Schriften* II p. 708.[3])

---

[1]) Cf. Isid. orig. III 46 *Lacteus circulus via est, quae in sphaera videtur, a candore dicta, quia alba est. Quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.*

[2]) Etiam apud Indos lacteus orbis deorum via cogitatus est cf. A. Kuhn *Zeitschr. vergl. Sprachforsch.* II 1853 p. 317; apud Germanos cf. Grimm. *D. M.* I⁴ p. 295; Gundel. *De stell. appell.* p. 244 adnot. 2.

[3]) Unde nego Rohdium (*Ps.* II² p. 213 adnot. 2) recte contra Bergkium (*Kl. philolog. Schr.* II p. 708) qui *Διὸς ὁδὸν* iure duxit lacteum

Sic Achillis anima per lacteum orbem migrat in Elysium sive beatorum insulas cf. Quint. Smyrn. XIV 223 ss.:

ὣς εἰπὼν (Achillis anima) *ἀπόρουσε θοῇ ἐναλίγκιος αὔρῃ·*
αἶψα δ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον κίεν, ἧχι τέτυκται
οὐρανοῦ ἐξ ὑπάτοιο καταιβασίη τ' ἄνοδός τε
ἀθανάτοις μακάρεσσιν.

Quibus vulgi opinionibus iam fundamenta iacta erant sententiae qualem de lacteo orbe animarum via postea excoluerunt philosophi.

Inter quos Pythagorei primi quantum videmus docuerunt a lacteo orbe animas ibi conglobatas delabi in terrena corpora. Cuius doctrinae tria exstant testimonia quae cum conspirent huc congeram:

Macrob. in somn. Scip. I 12, 3.	Numenius[1]) apud Proclum in Plat. remp. II p. 129 Kroll.	Porphyrius de antr. nymph. c. 28 p. 75 N.
Hinc et Pythagoras putat a lacteo circulo deorsum incipere Ditis imperium, quia animae	*οὐ ταῦτα δ' οὖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡλίου πύλας ὑμνοῦσαν καὶ*	*δῆμος δὲ ὀνείρων*[2]) *κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαί, ἃς συνάγεσθαι φησὶν εἰς τὸν γαλα-*

orbem, monuisse *„Die Seelen könnte auf der Milchstrafse nur wandeln lassen, wer ihnen den Sitz im Himmel anwiese, wie später oft geschieht"*; Pindarus enim ipse dicit (fragm. 30) lacteum orbem ducere praeter Oceani fontes ad Olympum. In extremis autem Oceani angulis Pindarus etiam beatorum insulas collocavit (Ol. II 76). Quae cum ita sint quid mirum quod poeta lacteum orbem posuit viam ferentem ad beatorum insulas. Rohdii verborum *Διὸς ὁδὸν* interpretationem: *Es ist eher an einen, nur Göttern und Geistern gangbaren Weg von der bewohnten Erde über den pfadlosen Ozean bis zu dessen Quellen, fern im Westen, zu denken* per se minime verisimilem testimoniis nequis confirmare.

[1]) Cf. Immischium *Neue Jahrb.* XXXV 1915 9 p. 570 adnot. 40.

[2]) *δῆμος ὀνείρων* ex Homero originem ducere (*ω* 12) iure dixit P. Corssen (*De Posid. Rhodio* p. 47):

ἠδὲ παρ' Ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον Ὀνείρων
ἤϊσαν.

Sed hic in eo errat quod putat asphodeli pratum (*ω* 13) situm esse in lacteo orbe; etenim hoc pratum apud Homerum in inferorum regionibus cogitatum est, neque id quod dein P. Corssen ponit Pythagoreos pratum in lacteo orbe sibi finxisse, ex testimoniis potest evinci; nam apud Plutarchum (de fac. in orb. lunae c. 28 p. 943 B) quem locum Corssen ad

inde lapsae videntur iam a superis recessisse. ideo primam nascentibus offerri ait lactis alimoniam, quia primus eis motus a lacteo incipit in corpora terrena labentibus. unde et Scipioni de animis beatorum ostenso lacteo dictum est hinc profecti huc revertuntur. cf. P. Corssen *De Posidon. Rhodio* p. 46 cf. Bouché-Leclercq *l'astrologie Grecque* p. 22 adnot. 2.

δῆμον ὀνείρων τὰ μὲν δύο τροπικὰ ζῴδια πύλας ἥλιον προσαγορεύσασαν, δῆμον δὲ ὀνείρων, ὥς φησιν ἐκεῖνος, τὸν γαλαξίαν. καὶ γὰρ τὸν Πυθαγόραν δι' ἀπορρήτων Ἅιδην τὸν γαλαξίαν καὶ τόπον ψυχῶν ἀποκαλεῖν, ὡς ἐκεῖ συνωθουμένων· διὸ πάρά τισιν ἔθνεσιν γάλα σπένδεσθαι τοῖς θεοῖς τοῖς τῶν ψυχῶν καθάρταις καὶ πεσουσῶν εἰς γένεσιν εἶναι γάλα τὴν πρώτην τροφήν cf. Rohdium *Mus. Rhen.* XXXII 1877 p. 331 adnot. 1 = *Kl. Schr.* II p. 175 adnot. 2, *Psyche* II² p. 94 adn. 1; Boll *Aus der Offenbar. Joh.* p. 72, 32.

ξίαν τὸν οὕτω προσαγορευόμενον ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων, ὅταν εἰς γένεσιν πέσωσιν cf. A. Mai ad Cic. de rep. VI 16 (Class. auct. e Vatic. codd. edit. tom. I p. 354) R. Heinze *Xenocr.* p. 146.[1])

Quae omnia ex uno fonte emanasse nil moraberis profiteri. Recte iam Bitschius (*De Plat. quaest. quibusdam Vergil.*, diss. Berol. 1911 p. 6) demonstravit Macrobii fontem esse Platonici cuiusdam ad Platonis Timaeum commentarium, ideoque licet concludamus etiam Numenium et Porphyrium hausisse ex eodem fonte. Iam quaeramus num fieri possit ut ex certis testimoniis evincamus hanc sententiam re vera veteribus Pythagoreis esse attribuendam. Primum vos delego ad ea quae Plato Erem de animarum via loquentem fecit (de republ. X 616 B): animae in

illustrandam sententiam suam affert, *λειμῶνες Ἅιδου* collocati sunt *ἐν πραοτάτῳ τοῦ ἀέρος*. Dictae sunt regiones sub lunam sitae cf. p. 12 adnot. 4.

[1]) Joa. M. Gesnerus *De Phoenicum navigat. extra columnas Herculis* [in Hermanni Orphicorum edit. p. 643]; Lobeck *Agl.* II p. 935, Diels *Mus. Rhen.* XXXIV 1879 p. 489, S. Eitrem *Hermes und die Toten* (*Forhandlinger I Videnskabs-Selskabet, Christiania Aar* 1909 no. 5 p. 63); Studemund *Anecdot. var.* II p. 64, Voss l. l. p. 58 adnot. 1.

iudiciorum prato septem diebus peractis octavo die profectae quarto die perveniunt eo *ὅθεν καθορᾶν ἄνωθεν διὰ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς τεταμένον φῶς εὐθύ, οἷον κίονα, μάλιστα τῇ ἴριδι προσφερῆ, λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον· εἰς ὃ ἀφικέσθαι προελθόντες ἡμερησίαν ὁδόν, καὶ ἰδεῖν αὐτόθι κατὰ μέσον τὸ φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἄκρα αὐτοῦ τῶν δεσμῶν τεταμένα· εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ φῶς σύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων, οὕτω πᾶσαν συνέχον τὴν περιφοράν*, cf. Zeller I 1^5 p. 435 adnot. 2; Gruppe II p. 1036 adnot. 1; Ettig *Acheruntica* p. 308; Clem. Baeumker *Witelo, ein Philosoph und Naturforscher des 13. Jahrh.* p. 445 (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters III 2). Perspicuum est hanc *lucis columnam* per totum mundum tensam esse circulum lacteum caelum cingentem et continentem cf. Gruppium l. l., Ettig. l. l. Platonem hoc loco omnino veterum philosophorum imprimis Pythagoreorum sententias secutum esse iam ab aliis ingeniose video esse animadversum (vel. post Boeckhium Zeller l. l.), velim modo compares Platonis *κατὰ μέσον τὸ φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* cum Philolai *πῦρ ἐν μέσωι περὶ τὸ κέντρον ὅπερ ἑστίαν τοῦ παντὸς καλεῖ καὶ Διὸς οἶκον*[1]) accedit quod etiam Pythagorei lacteum orbem comparaverunt cum arcu caelesti cf. Aet. plac. III 1, 2 (Diels Dox. p. 364, *Vors.* I^3 p. 356, 37 c): *τινὲς δὲ* (sc. *τῶν Πυθαγορείων*) *κατοπτρικὴν εἶναι φαντασίαν τοῦ ἡλίου τὰς αὐγὰς πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνακλῶντος, ὅπερ κἀπὶ τῆς ἴριδος ἐπὶ τῶν νεφῶν συμβαίνει.*[2]) Ex dictis iam patet Platonem agnovisse quasdam Pythagoreorum sententias quibus demonstratur animas priusquam intrent in corporea in lacteo orbe versatae inde delabi in partum.[3]) Sed ne tenuissimus quidem scrupulus resideat proferam testem Heraclidem Ponticum cf. Iamblich. ap. Stob. eclog. 49, 39 [I p. 378 Wachsm., Voss *De Heracl. Pont.* p. 59 fragm. 44; Rohde *Ps.* II^2 p. 94 adnot. 1, *Kleine Schriften* II p. 175 adnot. 2]: *Καὶ*

---

[1]) Cf. Philol. ap. Aet. plac. II 7, 7 Dox. p. 36 ex Theophrasto ap. Posidonium, Diels *Vors.* I^3 p. 306, 16 cf. p. 312 B 7, Philol. ap. Aet. l. l. III 11, 3 Dox. p. 377, *Vors.* I^3 p. 306, 17 ex Theophrasto.

[2]) Mexicani lacteum orbem significaverunt arcus caelestis sororem cf. Fr. Kahn *Die Milchstrafse*, Stuttgart 1914 p. 10.

[3]) Cf. Immischium l. l. p. 561.

τούτους (sc. *τοῦ παντὸς τόπους*) *Ἡρακλείδην μὲν τὸν Ποντικὸν ἀφορίζειν περὶ τὴν γαλαξίαν, ἄλλους δὲ καθ' ὅλας τοῦ οὐρανοῦ τὰς σφαίρας, ἀφ' ὧν δὴ δεῦρο κατιέναι τὰς ψυχάς.*[1]) Quae videlicet legenda erat in Heraclidis Pontici *Ἐμπεδότιμος ἢ περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ*[2]) dialogo cf. Procl. in

[1]) Cf. Diels. *Mus. Rhen.* XXXIV 1879 p. 489: *Da Heraklides Pontikus dieselbe Ansicht (sc. von den Seelen in der Milchstrafse) vertritt, so gehört sie also den älteren Pythagoreern an* . . .; cf. G. Thiele *Antike Himmelsbilder* p. 148.

[2]) Inde colligendum putavit Rohdius (*Ps.* II² p. 94 adnot. 1) Empedotimum esse nihil nisi Heraclidis dialogi personam fictam neque omnino re vera vixisse. Fateor me in hac sententia plane dissentire cum viro summo. Etenim primum dubito num liceat ex eo quod Empedotimus interfuit dialogo cuidam Heraclidis colligere hunc omnino non vixisse. Dein autem Rohdii sententiae nil favent alia testimonia. In quibus Empedotimus in vetustorum numero refertur vatum eorum qui postea variis fabellis ac rebus miris quasi velo circumvestiti et obscurati sunt, Aristeam dico Proconnesium, Pythagoram, Empedoclem alios cf. Clem. Alex. strom. I c. 21 [II p. 82 St.] *προγνώσει δὲ καὶ Πυθαγόρας ὁ μέγας προσανεῖχεν ἀεὶ Ἄβαρίς τε ὁ Ὑπερβόρειος καὶ Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος Ἐπιμενίδης τε ὁ Κρής, ὅστις εἰς Σπάρτην ἀφίκετο, καὶ Ζωροάστρης ὁ Μῆδος Ἐμπεδοκλῆς τε ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ Φορμίων ὁ Λάκων, ναὶ μὴν Πολυάρατος ὁ Θάσιος Ἐμπεδότιμός τε ὁ Συρακούσιος ἐπί τε τούτοις Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος μάλιστα*, cf. Gregor. Naz. carm. II 7 [Patr. Gr. tom. XXXVII 3 p. 1573] v. 286: *Ἥρακλες, Ἐμπεδότιμε, Τροφώνιε, λήξατε μύθων*; addas Greg. Naz. carm. II 70, 1 [Patr. Gr. tom. XXXVIII 4 p. 47], idem in orat. IV 59 [Patr. Gr. tom. XXXV 1 p. 581 B et C]: *Ἐμπεδοκλεῖς καὶ Ἀρισταῖοι καὶ Ἐμπεδότιμοι.* Iulian. ep. fragm. 295 B [p. 379 Hertl.]: *ἆρ' οὐκ ἀνθρώπους χρηστοὺς ἀπέκτειναν πολλοί, καθάπερ Σωκράτη καὶ Δίωνα καὶ τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον;* Quanam aetate vixerit Empedotimus plane incertum est. Varro (ap. Serv. ad Verg. Georg. I 34; Canal, Varr. app. p. 1413 fragm. 74, Sat. Menipp. rel. p. 233 R., Voss p. 58 fragm. 42) ac Clemens Alexandrinus l. l. eum appellant Syracusanum; de morte cf. Iulian. l. l., Suidas s. v. *Ἐμπεδότιμος* ei etiam libellum ascribit *περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως.* Tantum constat ei contigisse facultatem divinandi ac fabulose varia enarrandi cf. Greg. Naz. orat. IV 59 [Patr. Graec. XXXV 1 p. 581 B et C]: *οἱ δὲ* (sc. *Ἀρισταῖοι καὶ Ἐμπεδότιμοι καὶ Τροφώνιοι*) *ἀδύτοις τισὶν ἑαυτοὺς ἐγκρύψαντες ὑπὸ τῆς αὐτῆς νόσου καὶ φιλαντίας, εἶτ' ἐλεγχθέντες οὐ μᾶλλον ἐκ τῆς κλοπῆς ἐτιμήθησαν ἢ ἐκ τοῦ μὴ λαβεῖν καθυβρίσθησαν.* Hunc vatem satis mirum postea Heraclides Ponticus in dialogum *περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ* induxit ac loquentem eum fecit de rebus caelestibus cf. G. Studemund *Anecdot. varia* vol. II p. 64 (Voss

Plat. remp. II 119 Kroll, Voss l. l. p. 58 fragm. 41 Suidas: s. v. *Ἐμπεδότιμος*; Voss p. 60, Maass *Orpheus* p. 225 ss. qui Heraclidis dicit dialogum Varronem imitatum esse in *Τριοδίτης Τριπύλιος* (p. 224 adnot. 25) cf. Varronem Sat. Menipp. rel. p. 233 Riese. Ut de luna ac stellis animarum sedibus ita et haec Pythagoreorum sententiam cohaerere apertum est cum cogitationibus quas ii omnino sibi finxerunt de animae natura et ad superiora ascensu. Docuisse enim iam supra breviter attigi (p. 7) animas post mortem in aere vibrare easque esse pulvisculos solares cf. Aristot. de anim. A 2 p. 404 a 16, Diels *Vors.* I^3 p. 357. Ratio autem, quae intercedere videtur inter lacteum orbem et animam, est haec: animas in aere volitantes conglobari in lacteo orbe indeque delabi in novos partus. Sed Pythagorei lacteum orbem non modo ad partum verum etiam ad caelum viam videntur significasse. Legis enim in eodem Heraclidis dialogo: *τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις τὴν περὶ τοῦ γάλακτος ὑπόθεσιν Ἀριστοτέλους ἀνελὼν καλῶς ὁ Δαμάσκιος τὴν Ἐμπεδοτίμου περὶ τοῦ γάλακτος οἰκειοῦται, ἔργον αὐτὴν οὐ μῦθον καλῶν. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁδὸν εἶναι ψυχῶν τὸ γάλα τῶν τὸν Ἅιδην τὸν ἐν οὐρανῷ διαπορευομένων.* Damasc. ap. Philop. in Aristot. meteor. *Α* 8 p. 346 a 31 Hayduck [Comm. Arist. Graec. XIV 1 p. 117] cf. Lobeck *Agl.* II p. 935; Bergk *Kleine philologische Schriften* II p. 707; Voss l. l. p. 58. Posteriorum hanc sententiam agnovit Lucianus, encom. Dem. 50: *ἀλλ' ὁ μὲν οἴχεται βίον ἕξων τὸν ἐν μακάρων νήσοις ἡρώων λεγόμενον ἢ τὰς εἰς οὐρανὸν ψυχαῖς νομιζομένας ὁδούς* cf. Drexler *Wochenschr. klass. Philol.* 1894 no. 27 p. 732 ss.; Ettig *Acheruntica* p. 348 adnot. 2; Grimm *D. M.* III^4 p. 106. Accuratiora de hac sententia hodie enucleari nequeunt.[1])

p. 58 adnot. 1): *Quin adeo Heraclides apud eundem Proclum narrat quendam vivum venantemque regna inferna vidisse* (Ang. Maius ad. Cic. de rep. VI 4 Class. auct. I p. 343); cf. Iulianum ap. Suid. (s. v. Empedotimus et Iulianus) [p. 609 fragm. 6 Hertlein]: *Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες, οἷς τε ἐκεῖθεν λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη* (Voss l. l. p. 60 fragm. 46) *καὶ μικρῷ πρότερον καὶ ὁ κλεινὸς ἡμῖν ἔδειξε καὶ ἱεροφάντωρ Ἰάμβλιχος.* Plura scire de Empedotimo est ariolari.

[1]) Quas opiniones usque ad mediam aetatem pervulgatas videmus cf. J. B. Friedreich *Die Weltkörper in ihrer mythisch-symbolischen*

Postea scimus doctum omnes *qui patriam conservaverint adiuverint auxerint* (Cic. somn. Scip. 13) corpore laxatos incolere beatos lacteum orbem, cf. Ciceronem somn. Scip. c. 16: *ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui iam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides, (erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens) quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis.*[1] Statim

---

Bedeutung 1864 p. 206. Eliam et Henochum lacteo orbe ascendisse in caelum narrat Paulinus Nolanus carm. V 37 ss. [Corp. script. eccles. Lat. vol. XXX pars II p. 5]:

pande viam, quae me post vincula corporis aegri
in sublime ferat, puri qua lactea caeli
semita ventosae superat vaga nubila lunae
qua proceres abiere pii quaque integer olim
raptus quadriiugo penetrat super aera curru
Elias et solido cum corpore praeuius Enoch.

Cf. Dracont. carm. V 325 ss. [Mon. Germ. auct. antiqu. tom. XIV p. 148], Gundel l. l. p. 245. Et apud alias gentes non dissimilia reperiuntur vel. ap. Indos cf. Adolphium Pictet *Les origines indo-européennes* III² p. 326; ap. Germanos Mannhardt *Germ. Mythen* p. 729; ap. Slavos lacteus orbis appellatur *„hadak utja"* (i. e. gentium via) qua animae in caelum migrant cf. Kohlbach *Archiv f. Religionswissensch.* II 1899 4 p. 343; P. D. Chantépie de la Saussaye *Lehrb. d. Religionsgesch.* II² p. 472; Gr. Krek *Einleitung in die slavische Literaturgeschichte*² 1887 p. 423, Gundel l. l. p. 245 adnot. 1; apud nonnullas Americae gentes cf. P. Lafitau *Mœurs des Sauvages Amériquains des premiers temps* 1724 tom. I p. 406; A. Bouché-Leclercq *l'astrologie Grecque*, Paris 1899 p. 22 adnot. 2; Tylor *Anfänge der Kultur* I p. 353; Dieterich *Mithrasliturgie*² p. 182.

[1]) Cf. Favonium Eulogium, disput. de somn. Scip. p. 1 § 20 Holder *quod et immortalis esset animi mentisque substantia et bene meritis de re p(ublica) pa⟨t⟩ri⟨a⟩eque custodibus lactei circuli lucida ac candens habitio deberetur*, posteriorum praecipue addam Philoponum, de aeternitate mundi VII 20 [p. 290 Rabe]: *τινὲς γοῦν τῶν παρ' αὐτοῖς* (sc. *Ἕλλησι*) *θεολόγων* (?) *καὶ τὸν γαλαξίαν καλούμενον κύκλον λῆξιν εἶναι καὶ χώραν ψυχῶν λογικῶν ἀπεφήναντο.* Haec opinio et apud alias gentes vulgo sparsa est, vel. apud Patagonios fama est lactei orbis stellas esse Indianos qui ibi struthocamelos venantur cf. Bastian: *Kulturländer des alten Amerika* II p. 606; Schwartz *Poetische Naturanschauungen* I p. 282, Australiae quibusdam gentibus in lacteo orbe videntur esse casae continuae, nam cineres et fumus surgens clare conspici possint cf. Ratzel *Völkerkunde* I² p. 353. *Für die Gingi-Schwarzen*

quaestio enascitur quo ex fonte Ciceroni haec manaverint. Boeckhius (*Ges. Schr.* III p. 304 s.), Ciceronem putavit in somnio Scipionis omnino imitatum esse Platonis Eris mythum (rep. 614 A ss.). Concedo quidem Boeckhio quibus describitur orbis lacteus, Ciceronis verba haec *erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens . . . ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur* (somn. Scip. 16) memoriam revocare Platonis (rep. 616 B) . . . *διὰ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς τεταμένον φῶς εὐθύ . . . λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον,* at de heroibus orbem lacteum incolentibus apud Platonem nihil legis, unde necessario colligendum est Ciceronem hoc loco minime Platonem secutum esse solum. Nec Corsseni (l. l. p. 46) comprobare possum argumenta a Dielsio laudata (*Mus. Rhen.* XXXIV 1879 p. 489) quibus ille demonstrare conatur Ciceronem usum Posidonio. In Posidonii ipsius autem doctrinis nequiquam quantum videmus requiras de lacteo orbe sede animarum opiniones; fortasse autem putaveris Posidonium philosophorum veterum Pythagoreorum non dissimiles nescio quo opere pertractasse. Sed et haec plane incerta sunt. Puto autem certiora efficienda esse ex Heraclide Pontico. Quaestio est in quo Heraclidis opere sermo fuerit de rebus caelestibus; agitur tantum de duobus dialogis: *περὶ τῶν ἐν Ἅιδου* (Diog. Laert. V 87, Plut. de libid. et aegr. 5, Voss p. 55 fragm. 34), vel si recte titulum restituit Vossius: *Ἄβαρις ἢ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου* Voss. p. 56 et *περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ* Diog. Laert. V 87, Voss. p. 55 vel *Ἐμπεδότιμος ἢ περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ* (*περὶ τῶν οὐρανίων* Voss. p. 58). Sed longe gravissimum duco *Ἐμπεδότιμον ἢ περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ* dialogum quia in eo quantum colligendum est e fragmentis praecipue caeli siderumque miracula enarrata sunt atque id quod ad nos pertinet animarum in lacteo orbe migrantium opinio pertractata est (v. infra). Quo in dialogo Empedotimus dicit se ascendisse ad caelestia ibique vidisse totam de rebus caelestibus veritatem cf. Procl. l. l., Damasc. ap. Philop. l. l., Bergk *Kleine philologische Schriften* II p. 707. Perpauca autem

in Neu-Süd-Wales ist sie (die Milchstrafse) ein Strom mit einem schönen Fruchtgarten daran, zu dem die Seelen der Guten nach dem Tode gelangen; Ridlei *Journal anthropol. instit.* II p. 273; Ric. Andrée *Ethnographische Parallelen* p. 110, Ratzel l. l. II p. 89.

de rebus ab Empedotimo visis nos debemus Varroni ap. Serv. ad Verg. Georg. I 34 [Canal, Varro appendice p. 1413 fragm. 74, Sat. Menipp. rel. p. 233 Riese, Voss p. 58 fragm. 42]: *Varro tamen ait se legisse* (videlicet ap. Heraclidem Ponticum, Maass *Orpheus* p. 224 adnot. 35) *Empedotimo* (*empedotim* L *Empedocli* Masvicius, Lobeckius *Agl.* II 944, *Empedotimo* Thilo, Bergkius l. l. II p. 41 al.) *cuidam Syracusano a quadam potestate divina mortalem aspectum detersum eumque inter cetera tres portas vidisse tresque vias: unam ad signum scorpionis, qua Hercules ad deos isse diceretur; alteram per limitem, qui est inter leonem et cancrum; tertiam esse inter aquarium et pisces.* Quas tres portas viasque constat intellegendas esse caeli iannas quibus ingrediuntur animae in lacteum orbem cf. Plut. de lat. viv. 7, Voss. p. 58 fragm. 43, Gundel. ap. Pauly-Wissowa VII 1 p. 566 s. v. *Γαλαξίας*. Eidem dialogo inseruisse Heraclidem sententiam e Pythagoreorum doctrinis sumptam qua significatur lacteum orbem esse animarum viam et ad partum et ad caelum supra strictim attigi p. 41 ss. Inde fit verisimillimum Heraclidem in dialogo etiam de heroibus virisque clarissimis lacteum orbem incolentibus narravisse praesertim cum apud Varronem haec opinio leniter tacta sit verbis his *unam (sc. viam) ad signum scorpionis qua Hercules ad deos isse diceretur.* In qua sententia Heraclidi antecessisse scimus Empedoclem. Attribuit enim hic divinitatem vatibus poetis medicis principibus (Diels *Vors.* I³ p. 278 fragm. 146 v. supr. p. 23). Quod Heraclides hunc nexum statuit inter animas et lacteum orbem nil miraberis cum in hoc vestigia premens Heracliti animas esse perlucida natura eadem ac stellas docuerit cf. Zeller II 1⁴ p. 1038. Accedit quod quorum sententias Heraclides refert Pythagorei dixerunt animas post mortem in stellas mutari v. supr. p. 24 s. Quoniam autem lacteus orbis constaret ex innumerabilibus stellis paene adhaerentibus ut Democritus primus docuit[1]) cf. Aristot. meteor. A 8 p. 345 a 25, Diels *Vors.* II³ p. 120 Dem. A 91, Zeller I⁵ p. 897 adnot. 8, arduum non erat ibi coetum heroum animarum sibi fingere. Quam ipsam sententiam Cicero (l. l.) rettulit. Primum enim apud

---

[1]) Cf. Aet. plac. III 1, 6 (Dox. p. 365), Achill. Isag. 24 [p. 55, 24 Maass], *Vors.*³ l. l., Macrob. in somn. Scip. I 15, 6.

eum legis Heraclidis de animae natura doctrinam: . . . *iisque (sc. hominibus) animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis* (somn. Scip. c. 15), dein narrat Cicero *omnibus qui patriam conservaverint adiuverint auxerint, certum esse definitum locum*, hic *certus in caelo definitus locus* in cap. 16 appellatur lacteus orbis in quo his ipsis verbis *ut a Graiis accepistis* provocat Cicero ad exemplaria Graeca. Unde iam perspicuum debet esse Ciceronis fontem ipsum fuisse Heraclidis Pontici Ἐμπεδότιμος ἢ περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ dialogum. Postea eandem doctrinam accepit suisque carminibus celebravit Manilius astron. I 758 Breiter:

an fortes animae dignataque numina caelo
corporibus resoluta suis terraeque remissa
huc migrant ex orbe suumque habitantia caelum
aetherios uiuunt annos mundoque fruuntur.[1])

sequuntur heroes virique clarissimi (v. 762 ss.).

Etiam Manilii posuerunt fontem esse Posidonium cf. Diels l. l. p. 490 eumque sequentem Edvinum Mueller *De Posidonio Manilii auctore spec. I.* diss. phil. Lips. 1901 p. 14, Breiter: Manil. II p. 28 ss. Concedo quidem Muellerum nonnulla apud Manilium quae e Posidonio originem duxerunt, sagaciter detegisse; versus autem in quibus heroes ac viri clarissimi lacteum orbem incolentes beati celebrati sunt ex eodem fonte emanaverunt ac Ciceronis somnii Scipionis verba i. e. ex Heraclide Pontico.[2]) Vide et. Mart. Cap. II 207 (Gundel ap. Pauly-Wissowa VII 1 p. 565).

Non desunt testimonia e quibus eluceat Pythagoreorum sententiam qua demonstratur omnes post mortem migrare in

---

[1]) Cf. Classicorum auct. e Vatic. codd. edit. ab Angelo Maio tom. III p. 481 s. v. Lacteus circulus (Corp. Gloss. Lat. ed. Goetz vol. V p. 79) *Lacteus circulus uia que in spera uidetur quasi alba quem alii dicunt animis heremum antiquorum se fertur esse et meritores plendere* . . .; Bergk *Kleine philol. Schriften* II p. 708; S. Eitrem *Hermes und die Toten* p. 63 (*Forhandlinger Videnskabs-Selskabet, Christiania Aar* 1909 no. 5).

[2]) De lactei orbis tabulis quibusdam pictis cf. G. Thiele *Antike Himmelsbilder* p. 148.

lacteum orbem, vulgo esse receptam cf. CIL III suppl. 9632 A et B = Buech. 1438, 17 s. = Cholodniak no. 343 (Salonae):

. . . .

aetatis victrix· dulcis obit nimium.
sede beatorum recipit te lacteus orbis
e gremio matris: hoc tua digna fides.

Cf. L. Friedlaender *Sittengeschichte* IV⁸ p. 371 adnot. 2,[1]) Gundel l. l. p. 565.

---

[1]) Cf. Hieronym. ep. XXIII 3 [Patr. L. XII 1 p. 426] *Ille (sc. Leae maritus) . . . nunc desolatus et nudus non in lacteo caeli palatio, ut uxor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris.*

Index.

Vita.

Natus sum Paulus Capelle Hamburgi a. d. VIII id. Quint. MDCCCXCI patre Henrico Frederico Dieterichio Toelle, matre Maria Elisa Amanda Wilhelmina e gente Pohlmann. Secundum nondum excesseram annum cum parentes correpti subito cholerae morbo uno die praemature absumpti sunt. Propinqui carissimi me adduxerunt Detmoldiam Lupiensem ad parentes qui nunc sunt, Fredericum Capelle et Magdalenam e gente Pecher. Ab iis adoptatus et educatus sum. Fidei addictus sum euangelicae. Primis imbutus litterarum elementis Gymnasium Leopoldinum quo ornatur oppidulum per decem annos frequentavi. Maturitatis testimonium adeptus vere MCMXI a. Halis per tres annos studiis me dedi philologicis historicis philosophicis. Docuerunt me viri illustrissimi et doctissimi:

Abert, Bechtel, Fries, Kern, Krueger, Leuze, Loofs, Menzer, Praechter, Robert, Stammler (nunc Berolinensis), de Stern, Strauch, Waetzoldt, Wissowa.

Studia mea subito sunt interrupta cum kal. Sext. MDCCCCXIV regis voce omnes qui arma ferre potuerunt ad tuendam patriam hostibus undique fere cinctam convocati sunt. Ego quoque nomine dato capessivi militiam et per unum annum dimicavi in Gallia. Crucem accepi secundi ordinis ferream; vulneratus a. d. IV non. Mart. MDCCCXVI primum Tuttlingium Wuerttembergensium indeque Halas Saxonum me contuli; intermissa studia revocavi.

Praeceptoribus meis omnibus gratiam semper habebo quam maximam. Ernesto de Dobschuetz nonnulla in rebus christianis debeo; imprimis vero nunquam obliviscar quantum debeam Ottoni Kern qui ad has quaestiones parandas me incitavit et semper benigne me adiuvit auxilio consilioque.